





XX.

DISSERTATIO IURIDICA

DE

# IURE PRÆVENTIONIS CIRCA VENATIONEM,

Von

Recht der Vor-Sagd/

Quam

DIVINIS AUSPICIIS

RECTORE MAGNIFICENTISSIMO

SERENISSIMO REGIÆ DOMUS PRINCIPÆ AC DOMINO

D N. C A R O L O,

PRINCIPÆ BORUSSIÆ MARCHIONE BRANDENBURGICO, RELIQUA

IN REGIA ACADEMIA FRIDERICIANA

PRO-RECTORE MAGNIFICO

PRÆSIDE

IO. FRIDEMANN SCHNEIDER,

PHIL. ET IUR. DOCT. LOG. AC PRIM. PHIL. ORD. IURIUM EXTRAORD. PROFESSORE

*Ad diem 3. Octobr. MDCCXV.*

MODESTO DISQUIRENTIUM EXAMINI SUBIECIT

CHRISTIANUS AUGUSTUS HIEPE,

Sangerhusanus Thuringus, Advocatus Regiminis Weisenfeldensis Ordinarius;

---

HALÆ MAGDEBURGICÆ,

Litt. CHRISTIANI HENCKELII, Acad. Typogr.

XX.

LIRE TRAVELENTIONIS  
CIRCA VENATIONEM

DE TYPICO LIBRO DAVIDIS,

QUI Dicitur Davidis, qui

in libro suo dicitur: Davidus regnabit usque ad venationem

decoctionis mortis et venationis.

DE CAVRIOLO

TRINITYE HODICUM MAGNITUDE ET VENATIONEM

IN CAVRIA EXCEPIT MAGNITUDE TERRA VENATIONIS

PRO-REGATOR MAGNITUDE

IO. TRIDEMIANUS SCHNEIDER

TRINITYE HODICUM MAGNITUDE ET VENATIONEM

MAGNITUDE DISCERNITUR VENATIONIS

CHRISTIANE AUGUSTIUS HILDE

TRINITYE HODICUM MAGNITUDE ET VENATIONEM

PER CHRISTIANI ENIGMAM, AEDIPU T. 100



B. C. D.

DE

# IVRE PRÆVENTIONIS CIRCA VENATIONEM.

Von  
Recht der Vor-Jagd.  
SUMMA.

**D**E iure præventionis traditur regula, que rationibus suis confirmatur. §. I. Et de iure quidem præventionis generalis circa venationem removetur. i. Oppressiva, quæ tyrannorum propria. Cuius evolvitur origo, sublato inter Cornelium Agrippam & D. Ziglerum dissenſu, explicatur ināoles, ac demonstratur inūstitia (1) a naturali hominum equalitate (2) ab eventu cum noxio, quem exhibet Pufendorfius, tum absurdissime ingenium, sive adſedus ita opprimendi hominis inspicitur: ratione huius testimoniūm Se-nece; ratione illius exemplum Caligulæ addudum est. §. II. Eadem venatio dividitur, quod sit (a) singularum hominum, quam inter antiquos Aristoteles, inter recentiores Conringius & Meierus defendit: illius περὶ τὸν Φεῦδος de servis natura, horum ratio, a præstantia personæ perita, refutatur. Quo auem adſedus cepit, inuestigatur. (b) integrarum gentium, a Grecis propagata sub obtentu barbarie, qui tamen diluitur, iu-  
vantibus Grotio & Zieroldo. Apologia Dominicī a Soto pro Hispanis aversus Americanos examinatur, cōque plus pro-

) ( 2

b-

## SUMMĀRIA.

bare, quam probandum erat, exemplis evincitur. Interim non iuris, sed iniuriae actus est, qui in praesenti non attenditur. §. III. Excludit: r. II. Arenaria, cuius natura, personae, que illam olim exercuerunt, una cum scopo expenduntur. Abuso vero accedentie, Imperator Caligula permotus fuit, ut panem obiciendi bestiis delinquentes introdiceret. Quam ob causam Christiani arenarie venationi interesse suis prohibuerunt. Hac occasione etiam vindicatur can. 10. a mala D. Schambogenii interpretatione. Contra Pruckmanni sententia laudatur. Ex dictis infertur adius præventionis non pertinere venationem arenariam, quia pæna, aut spectacula, non iuris ac privilegii aës erat. §. IV. Includitur ergo III. Saltuosa, circa quam generalis illa Principum præventionis primum sibi vindicat locum. Adducto duplice fundamento: unum, a permissione iuris naturalis; alterum ab occupatione per universitatem. Causæ, propter quas subditis venatio ademta, recensentur. Insperfis liberæ venationis incommodis, adiecitque restricæ commodis. §. V. Manzius castigatur, qui ex præscriptione ius venandi Principum repetit, eiusque intuta Hanii distinctio explosa est. §. VI. Dubium D. Schöpferi, quo ius præventionis Principum circa venationem impugnat, a tacita renunciatione peitum, quam ex receptione iuris Romani collegit, dissolvitur, refutata eiusdem limitatione, tamquam superflua. §. VII. Quo præventionis iure Principum non obstante, salvo tamen remansit subditis preventio ad abigendas feras. Ad quarum damnum restituendum obligatos esse Principes, ostenditur. Notato Moline ac Lessi rigore, & laudato Haunoldi temperamento. Reiectis etiam Mohrii & Merckelbachii subtilitatibus forensibus circa illam damni reparationem. §. VIII. Differentia inter ius Romanum & Germanicum in decisione casum, qui ad præventionam venationem pertinent, urgetur. Evidem Romanis legibus ius præventionis circa venationem privatos habuisse, tametsi in alieno fundo, demonstratur. Quomodo id iuri gentium perperam accensuerit Tribonianus i. §. IX. Iure Ger-

ma-

## SUMM ARIA.

manorum feras esse res publicas evincitur tam rationibus, quam legibus. Adversa Illustr. Bergeri sententia examinatur. Illustr. Thomäsi & Bechmanni distinctio contra obiectam ferarum libertatem applicatur. Novum quoque dubium ex lute Saxonico de tribus nemoribus, bannoferino munitis, dissipatur. §. X. De ferarum dominio Grotii & Pufendorfii opinio, quorum falsae hypotheses confutantur. Leges obiectae conciliantur, & incommode, quæ sententiam premere videbantur, tolluntur. E quibus Huberis sententia pari modo restringenda erit. §. XI. Repetuntur species venationum, electis illis, in quibus ius preventionis occurrit; remotis, a quibus exulare solet. Obiter de venatione ferarum noxiarum actum, quam alie liberam, alii superiori venationi adnexam esse statuant. §. XII. Casus I. de speciali Principis preventione circa venationem (a) ratione temporis, intra quod venari vasallis suis aliisque vetuit. Istius temporis calculum secundum calendarium tam antiquum, quam novum initri, ex variis mandatis venatoriis declaratur: addita duplice prohibendi ratione: una a conservatione ferarum; altera ab evitazione danni in frugibus metuendi. Exceptiones quoque insertae sunt, quas necessitas & frugalitas dirigit. (b) ratione confinum, qualis preventio nititur consuetudine. In fine adposita est e mandato venatorio Schwarzburgico poena contravassallos transgressores, qui aliquando legem, aut consuetudinem illam violant. §. 13. Casus II. De Principe non in finibus, sed in fundis vasallorum ius preventionis circa venationem praetendente. Ubi tres sententiae referuntur: una affirmantium; altera negantium; tertio distinguentium. In singulis animadvertisit confusio (1) inter questionem iuris, ac voluntatis. (2) inter id, quod consuetudinis est, & mera ratiocinatione eruitur. Unde illatio a Landsoffatu ad ius preventandi & convenandi Principum reiecta est. (3) inter actum iuris & humanitatis: cautela Grotii de posteriore inculcatur. De ubiiore autem decisione remissive. §. 14. Negativa sententia

## SUMMARIA.

sta eligitur, eaque probatur (1) ex natura utilis dominii. (2) ab effectu præscriptionis immemorialis. Cuius iniuitu Scipionis Gentilis & D. Tulli error notatur. §. XV. Adfirmative sententie argumenta excutuntur, quorum (1) a modo concedendi regalia cumulative, non privative factio. Resp. Hunc conferendi modum, tam bone interpretationis regulæ, quam periculum futuræ turbationis excludunt. (2) a clausula fai vniure suo. Resp. Quæ arecensoire quodammodo huc adPLICatur non a statu tantum controversie ablidit, sed petit etiam id, quod in principio est. (3) a comparatione cum servitute. Resp. In confusione iurium desinit, & præterea a scopo aliena est. Reprehenditur Zoaneitus. Cuius reprehensioni subiiciuntur due exceptiones: una a generali Principis præventione; altera a præventione in finibus. §. XVI. Cas. III. de venatione precaria agit, circa quam ius præventionis speciale, quod Principi convenit, spectatur (1) in revocatione eius venationis ante tempus conventum. Ubi quæstio evolvitur: An precaria venatio ad tempus constitui possit? (2) in exercicio suo, quam littere concessionis earumque solemnis formula exprimit. §. XVII. Cas. IV. de iure præventionis inter convenantes, quod non ratione solum, sed & consuetudine e. g. Thuringorum nititur. Spedelius refutatur, itemque Mohrius, cuius hypothesis examinatur. Temperamentum pro decisione huius casus subiectum est. §. XVIII. Cas. V. de illo, qui feram in silva sua excitat, aut vulnerat, eaque ausigit. In huius decisione tres occurruunt sententie. Una capienti tribuit cum Gaio & Pruckmanno, quæ reicitur per distinctionem status & LL. Altera vulnerantem præfert cum Trebatio, quæ impugnatur per fictam adquisitionem. Tertia capta divisionem suadet cum Sebastiano Medices, quæ propter subtilitatem suam expluditur, nihil invante deplaci limitatione, quaram (1) a qualitate vulneris (2) a modo dividendi & selectu partium divisarum ex Lure Longobardico petita est. Hinc ius præveniendi videtur adsignandum esse persequen-

## SUMMARIA.

quenti. Cuius persecutionis investigatur (1) iustitia ex LL. consuetudine & pactis (2) modus exprimitur (3) tempus determinatur. Obiectio ex iure Saxonico novissimo contra sequelam venatoriam solvuntur. Hanc observari in Gallia, Italia aliisque locis ostenditur. Schneidevvinus notatur. §. XIX. Contra ius sequelae obiicitur (1) violentus ingressus in alterius silvam. Resp. Hunc avertit permisso sive ex lege, sive ex consuetudine, sive ex pacto. Distinctio D. Gleile ex sibilarur, tam proprias scholasticam subtilitatem, tam quod petitionem principii in se continet. Leges, quas adducit, a scopo alieno esse videntur. (2) privata prohibito. Resp. Non potest publice permissioni derogare (3) admissio furti, quod sere sunt fructus fundi alieni. Resp. per explicationem L. 26. D. de usur. ubi Heroldi iudicium laudatur. Adversarii quoque ex propria hypothesi convincentur. §. XX. Cas. VI. de praevidente feram expenditur. Soluta obiectione, que ex acquisitione longa manu facta, eruitur. Praevisionem non sufficere, sed præventionem corporalem in venatione necessariam esse, probatur. §. XXI. Cas. VII. de feram ex silva circumseptia aufugiente, que circumseptienti, non prævenienti debetur. Atque hec decisio probatur (1) ex natura possessionis (2) ex intentione circumseipientis (3) ex comparatione cum feris in vivario. Obstant L. 3. §. 14. D. de A. vel A.P. refutatur. Franzkii dubio etiam dissipato §. XXII. Cas. IX. de feram ex vivario aufugiente sed a vicino captam restituenda esse priori domino probatur, præsertim si ymaginaria habeat (1) ex præsumptione derelictionis cessante (2) ex duratione dominii, licet naturalis possesso si amissa (3) ex reservatione dominii, signo declarata. Ad Zigleri argumentum a recuperata feram libertate responderetur. Mala Pendorfii applicatio eius distinctionis, que inter feram mansueta & vivario comprehensam est, taxatur. De exoticis feris actum, exque ab aliorum præventione existuntur. Hugo Grotius contra D. Gribnerum defendit, quod non petat principium, sed a contrario sensu deducat argumentum. Cuius etiam aliationes solvuntur. Dubium D. Schöpfe-

## SUMMARIA.

feri, utpote a statu controversie alienum, repudiatur. §. XXIII.  
Cas. IX. de fera in laqueo constricta preferitur, ubi ius præventionis (1) ex circumstantia loci (2) ex modo constrictoris dirimitur. Molina & Lessii sententia de dividenda hac fera examinatur. Hugonis Grotii error de proprietate laquei aliorumque instrumentorum ad hanc capturam necessaria eluditur. §. XXIV. Cas. X. De præventione proprietarii contra usufructuarium respectu venationis. Quæ probatur ex his rationibus (1) quia ferae proprie non sunt in fructu. (2) quia privatim prohibita est venatio (3) quia inter regalia est relata. Qv. 1. An ex generali investitura sub vasallus ius prævenandi contra vasalum pretendere possit? Negativa D. Heroldi sententia adoptatur, & contra D. Loesleri obiectiones vindicantur, quarum (1) a via & efficacia generalis investiture. Resp. Ab hac excipiuntur regalia, in quæ specialis subinfeudantis affectio cadit. (2) a scientia & patientia Domini. Resp. Facit esse, & dissentienti adverse esse videntur. Qv. 2. Num venatio in fundo alieno per præscriptionem immemoriam adquisita servitus? Negantium opinio rursus eligitur contra Zasum & Zanettum, quærum falsa hypothesis adducta est. Consideratur quoque Mohrii & Schilteri illatio, qui aiuris dictione ad venationem concludunt. Cautela Illust. DN. Bergeri commendatur. Utterior autem disquisitio ad consuetudinem loci remissa est. §. XXV. Cas. XI. de iure præveniendi circaventionem liberam, quæ apud Romanos erat iuris communis, apud Germanos est actus iuris singularis ac privilegii. Hypothesis de præsumptione libertatis declinatur. Loca & personæ, quibus venatio libera convenit, designantur. Modus eamdem exercendi, feramque captam distribuendi, aut adiudicandi, adfertur. Conclusio  
cum excusatione. §. XXVI.

¶ 10 [ ¶ ]



§. I.



N omnibus pæne rebus magnam semper rationem temporis habuerunt non sacratissimi modo legum conditores, sed & cordatissimi earum interpres. Quorum prudentiae debemus, quæ vulgo circumfertur, regulam: *quod melius sit prævenire, quam preueniri.*

Neque sine gravissimis rationibus eos ita statuissè, arbitramur. Scilicet, ut hominum, ad otium & imprudentiam proclivium, diligentiam atque vigilantiam excitarent: vel ut tollerent occasiones contentionum ac litium inter parres, aut non multum impares: vel denique ut nemini ius semel adquisitum auferrent. Quas subiectis exemplis variis legumque decisionibus haut ægre probare possemus, si nobis placeret, ab aliis dicta verboſius persequi, neque ad propositum argumentum properare, in eoque laudaciam regulam saltim applicare mallemus.

§. II.

Ne vero nimis properando a nobis confundantur, quæ circa venationem ipsam probe distingvenda, atque cum cura observanda sunt. Hinc sub initium ius præventionis, quod intuitu venationis oppressivæ pretenditur, ad examen vocandum esse duximus. Quamvis ex professo de tali venatione acturi non sumus, intentione brevitatis nos ab illa

A

retra-

2 DE JURE PRÆVENTIONIS

retrahente vid. §. 3. nihilominus ut differentia paullo ad-  
curatius percipiatur, & status controversiae melius forme-  
tur, pauca de venatione ista oppressiva delibere fas erit. Cu-  
ius originem a Caino & Lamecho repetit, desperabundus il-  
le vanitatum in scientiis censor, Henricus Cornelius Agrip-  
pa in *Lib. de vanit. scient.* c. 77. quam ad Nimrodum, urgente  
opinione communis reiecit D. Z. glerus in *Lib II. de Jur. Ma-  
iestatis cap. XIV* § 4. quod dictum *Genef. X. 9.*, ubi Nimrod ro-  
bustus venator adpellatur, hoc sensu explicant interpre-  
tes, quod violentia sua venatorum more, feras persequen-  
tium, plures homines subegerit. Cum ergo oppressiva  
venatio modo singulis hominibus, modo integræ genti ac-  
commodatur: de priore Aprippæ; de posteriore Z'gleri  
sententia intelligenda est. Ad venationis autem huius in-  
dolem quod attinet, ea tunc exercetur, quando robustio-  
res, potentiores, iisque ceteris sagaciores, minus potentes,  
pauperes, ac ingenio hebetiores instar ferarum invade-  
re, & sub iugum suum redigere, omni vi astute adhibito,  
conantur. Quo minus vero venationem hanc admittamus in eaque recurrentem præventionem reputemus pro  
actu iuris, multæ rationes impediunt. Nam iure naturali  
certum est, quod etiam adducit Ulpianus in *L. 4. D. de J.*  
& *J.* omnes homines sive sagaces, sive ingenio hebetes, na-  
scit liberos. Qua naturali æqualitate nos instigante hebe-  
tioribus magis miserendum, quam irascendum est: tantum  
abest, ut opprimere eos liceat. Impri nis quod dubium  
est nullum, eiusmodi homines ærumnis adhuc fieri stolidi-  
ores, ut frustra sperent huiusmodi oppressores, se per ca-  
pturam eis beneficium allatuuros esse. Neque protinus  
quod alteri est utile, id ipsi per vim licet imponere. Hinc  
Pufendorfius de *J. N. & G. Lib. III. cap. II. §. 8.* præclare di-  
xit: *Vix quisquam est ingenio ita stupido, quin arbitretur,*  
*rectius aut commodius suo ingenio se vivere, quam se ad al-*  
*terius arbitrium se componat.* Id quod multo magis in inte-  
gris

### CIRCA VENATIONEM.

gris nationibus obstinet, quarum nulla ira abiecto est animo, ut non doméstico regi imperio, quam aliis subiecta esse velit. Deinde qui ad parendum videntur apti nati, vel ingenio, vel affectu tales sunt: sed neutrum sufficit ad oppressionem, quia stupidis ingenio, potius, consilio quam imperio succurrentum est, prout alias durioribus remedia mitiora präferuntur. Neque pravus adfectus conduceat venationi oppressivæ. Quis enim non est servus affectuum, alius libidini, alius ambitioni, alius avaritiae, omnes timori serviunt, uti, experientia iudice, afferit Seneca in Epist. 47. Atque hoc casu non propria quidem servitus erit, sed mutua inter se omnium hominum. Accedit, quod ad illud alter non statim tenatur, ad quod aptus est, latius explicante Grotio in Lib. II. de J. b. & p. cap. XXII. §. 11. & 12. Ceteroquin Romanum populum e folio Caligulam dejicere oportuisset, le quo Passienus apud Tacitum VI. ann. XX. palam fatur, neque meliorem servum, neque deteriorem Dominum fuisse.

#### §. III.

Non deficit quidem his prætextus, qui venationem oppressivam tam singulorum hominum, quam integrarum Gentium tueruntur. Etenim ad illam, quam singulorum esse diximus commentum Aristotelis ex libr. I. Pol. c. III. de servis natura applicant, hac hyporheticiter, Deinocrito a Pufendorfio tributa in Lib. VIII. de J. N. & G. c. III. §. 7. quod præstantior imperare debeat minus præstanti. Mirramur autem eandem a D. Conringio in Disp. de Subiectione & Imperio §. 5. seq. & D. Meiero in Comment. ad Lib. I. Pol. Arist. cap. II. pro stabilienda naturali servitute commendari. Verum aptitudinem personæ confundunt cum titulo, ad acquirendum imperium & Dominium necessario. Quanvis igitur plures sint hominum, corpore suo ad labores aptiores, at animi viribus aut raris aut nullis; pacto tamen, similius titulo non intercedente, ut animo prudentio-

## DE JURE PRÆVENTIONIS

ribus obsequantur, compelli nequeunt. Manente etiam perpetua illa lictum occasione, quis altero sit præstantior & ad imperandum aptior. Quam una cum aliis incommodis, quæ premunt hanc opinionem prolixe exposuit Pufendorfius *de J. N. & G. Lib. III. cap. II. §. 8. & Lib. VI. cap. III. §. 2.* Ambitione ergo matre inventa, & obstetricie crudelitate, propagata est servitus illa naturalis. Quibus expensis minime omnium probanda est venatio oppressiva integrarum gentium, qua olim Græci alias gentes obtenuit barbarie in potestatem suam, quo iure quave iniuria, redigere ausi fuerunt. Ita Euripides in Iphigenia testatur de illis: Παρθένοι δὲ ἔλληνες εἴπει τάξεων αὐτοῖς Παρθένοις ἔλλήνων. τοιούτης δέλλας, οὐ δέ εἰσευθέοντο. Verum exacto iudicio hæc ponderanti liquet, quod elegantia morum, qua Græci ceteris præcellere voluerunt, ad illorum honestatem atque animi innocentiam parum aut nihil contulerit, nendum ut causam belli iustificam contra gentes barbaras ipsis præstare potuisse, de qua Hugo Grotius *Lib. II. de J. B. & P. cap. XXII. §. 10.* operose disputavit. Præsertim si ea coniungantur, quæ de prærogativa barbarorum populorum præ cultioribus integra dissertatione D. Zieroldus præclare exhibuit. Quam ob causam operæ suæ perdidit pretium Dominicus a Soto cum in *Lib. IV. de Justitia & Jure quest. II. art. II.* Hispanos, Græcorum hac in parte èmulos, tueri eorumque contra Americanos suscepitam oppressionem ita probare fategit: quod beluarum ritu hac & illac palantes oberrent, vi cogere iisque bellum inferre Hispani potuerint, ut ab illa feritate desisterent, seque prudentioribus regendos tradarent. Quæratio, si quem persuadendi valorem haberet, non Hispani tantum, sed & reliqui Europæ populi Jus habuisserent invadendi & Americanos & totius fere Asiae incolas, ut pote quibus animi prudentia aliisque virtutibus longe superiores esse videntur. Maxime de gentibus Asiaticis id ipsum confirmante Agesilaο apud Plutarchum in *Apophthegmata*.

Lxx

## CIRCA VENATIONEM.

Laconic. Τέτοιαν κάτιαν πατομένην, ἐλευθέρες μὲν κακάς, δέλας δὲ δικασίες εἶναι. Adeoque merito deseritur Soto a religione suæ socii, quorum præcipuus Josephus a Costa in *Pref. Lib. III. de Promulgatione Evangelii apud Indos*, & Franciscus a Victoria in *Relat. moral. V.* Fallitur autem gravissime, cum idem Moralista existimat maius malum inter Americanos hoc modo evitari. Quod & universim verum non est, uti demonstratum in §. præc. 2. & præterea malum morale sc. oppressionem innoxiaæ & sorte sua contentæ gentis permittit, ut aliquod bonum eveniat, conversio & emendatio Americanorum. Pluribus hæc persequi nolumus quia extra præsentem sunt controversiam, que circa saltuosa non opressivam venationem occupata erit. Taceo, præventionem in hac venatione non iuris, sed potius iniuriæ actum esse.

### S. IV.

Et quamvis arenaria venatio, quia cum bestiis, potissimum autem cum feris, instituta fuit, propius accedat ad saltuosa, quod more suo ex legibus & rerum testimentiis ostendit D. Zigler in *Lib. II. de jur. Majest. cap. XIV. §. V.* Nihilominus ab hac, quantum ad ius nostrum præventionis attinet, singulas illius circumstantias perpendenti, multum discrepare videbitur. In ludis enim Circensis obtinuit venatio isthæ arenaria, quotiescum bestia pugnaturi in arenam prodibant. Rosinus *Antiquit. Rom. lib. V. cap. 24.* Liphis in *lib. I. amphit. cap. 3. et Lib. II. Saturnal. cap. 3.* Neque a servis aut captiis tantum, tamquam abiectionis mortaliū, uti Rosinus iterum testatur *libr. cit. cap. 5.* sed ab ingenuis etiam ac liberis hominibus suscepiebatur inter Romanos, quorum alii quæstus gratia, feliciter operas suas locando, alii explorandæ virutis causa hanc venationem iniverunt: quorum illi pugnæ sua contraxerunt infamiam *L. 2. D. in f. de his, quinot, infam. hi,* bona intentione eos iuvante, bonam quoque famam reportaverunt.

runt L. i. §. 6. D. de Postul. L. 14. pr. D. de his, qui not. infami. Quippe qui ad bellicam virtutem consequendam, ac robur corporis sui augendum, cum feris decertaverunt. Et, imperante Caligula, cum nimis populus Romanus delectaretur illis bestiarum certaminibus, in alimenta vero earumdem multum annuatim foret impendendum, non iniquum putabat Imperator, delinquentes, ob scelera sua mortem meritos bestiis obiicere, eosque in harum pabulum destinare, ad sublevandum hoc pacto a nimis alimentorum sumtibus Rempublicam. Suetonius in vita Caligulae cap. XXVII. Primus ergo omnium Imperatorum, Caius Caligula, motus ratione quadam boni publici, id genus supplicii excoxitasse perhibetur, quo in spectaculo publico ob crimen stipiti alligati bestiis obiicerentur dilaniandi. Atque in arenaria venatione maxime occurrerant spectacula, quæ in Codice Iustinianeo æque ac Theodosiano integris titulis *de spectaculis* referuntur. Quibus etiam Christi nomen profisci recte abstinuerunt, formula baptismi eosdem admonente, ab renuncio spectaculis, quia semper aliquid crudelitatis in se continuerunt. Hanc ob causam facri canones damnaverunt venationem, quod ex iis cognoscere licet, quos S. Augustino debemus uti Can. 7. 8. 9. 10. dist. 86. Fallitur itaque D. Schambogen, qui in Comm. ad Inst. §. 12. derer. diuis. modo citatum can. 10. de venatione oppressiva declarat: quem tamen partim intentio S. Patris, partim connexio precedentium canonum, ab eodem auctore protectorum, partim mores istius saeculi, partim denique analogia canonicae doctrinae, satis confutant. Si præterea clericis venationi saltu sœ aut vacare, aut interesse, non permisum est *juxta Can. I. dist. 34.* multominus de arenaria id adserendum. Neque officit nobis Can. II. dist. 86. qui a diverso auctore, S. Hieronymo compositus, & fallacia accidentis obnoxius erit, si de alia, quam oppressiva venatione intelligatur. Quam interpretationem nostram ante D. Zigelserum l. c. §. VIII. seqq. masculine propugnavit in argumento.

## CIRCA VENATIONEM.

7

mento hoc exercitatissimus D. Pruckmann *Tr. de Venatione cap. IV. n. 3.* De venatione, inquit, quæ in arena peragitur, non vero de saltuosa, quæ vere nobilis est. Principibus nobilibusque digna canon 10. dist. 86. accipiens erit. Plura, quæ ad componendam hanc litem spectant, non adferemus, ne limites semel præfixi excedantur. In his enim nosmetipsos ita constringemus, ut arenaria venatio etiam a iure præventionis removeatur, quæ spectaculi causa suscepimus, si non ubique in poenam; minimum tamen in damnum, a fera illatum, desierit. E contrario saltuosa, circa cuius præventionem versamur, ad acquirendum feræ dominium, commodum atq; oblectamentum hominum dirigatur. Arenaria igitur venatio, actus vel trifitis spectaculi ludique, vel poenæ, extra litem nostram ponitur; at saltuosa, juris ac privilegii actus, variis acerbisque controversiis, quæ inter prævenientem ac præventum venatorem moveri possunt, occasionem nunc suppeditabit.

### §. V.

Antequam vero hanc arripiamus, præ ceteris illa præventione consideranda est, qua Principes, rerum potiti, venationem ademerunt subditis, sibi que solis, jure non penitus repugnante, & accidente occupatione per universitatem, applicuerunt. Inter omnes enim constat, venationem ex jure naturali permisivo cuiusbet privatorum secundum statutum naturalem, juxta ac popularem, competuisse, de quo D. Simon in *Disp. de Justitia permisiva cap. IV. §. 6.* latius egit frustra dubitante L. Br. de Lyncker in *Analect. ad B. Siruui S. I. C. Exercit. XLI. §. 8.* Id vero per Principes mutari posse, dubio caret. Cum primis si gravissimæ ponderentur rationes, quæ ad talem mutationem Principes permoverunt, invitante ipsos jure superioritatis & vi illa imperii, quam in privatorum agris sibi vindicant ac tuentur. Nam propter Principum in locis propriis, publicisque ac privatis cum dominiū, sum potestatem, ut & propter agriculturæ favorem,

pro-

pter negatum privatis armorum usum, propter præventionem ferinæ speciei interitum, propter laborum subterfugia tollenda, propter avertenda latrocinia, & propter conservandam Reipublicæ tranquillitatem, venationes inter nobilis sunt restringit, & quod ad privatos attinet, passim fere gentium abrogatae sunt. Quibus diligenter ad animum revocatis non incommoda modo promiscue ac liberæ venationis tolli, sed & commoda, quæ ex restringita venatione oriuntur, provehi, satis abundeque patescet. Scilicet, ubi homines sine discrimine persequuntur venationem, pæne transiunt in feras, oppida in latibula, agricultura in discordiarum semina, artes mechanicæ in otia, otia in cædes & rapinas, usus armorum in audaciam, audacia in rebellionem, rebellio in cladem Reipublicæ. Ex diverso Principibus restringita venatio, hanc non promittit, sed protinus præstat utilitatem. Martius quasi ludus illis aperitur, scholaque bellorum; ubi adoriri sibi oblatum hostem ac persequi: excipere invadentem & sustinere: quin supervenire & ex insidiis imprudentem opprimere non ioculari, sed seria meditatione discitur. Artibus his olim futuri Duces imbuebantur, teste Plinio in *Panegyr. Traiani*. Certare cum fugacibus feris cursu, cum audacibus robore, cum callidis astu; nec mediocre pacis decus habebatur, submota campis irruptio ferarum, & obsidione liberatus agrestium labor. Non ergo indigna est Principibus venatio, jureque optimo circa hanc præventionem illis debetur. Conf. Georgius Franzkius *Exerc. XIV. qu. 2.* & qui hunc excerptit Ahasverus Fritschius in *Corp. Jur. Venat. P. II. Conf. XXVI.*

## §. VI.

Nihil itaque causæ fuit D. Mantzio, ut rejectis & rationibus §. preced. adductis in *Commentario suo rationali ad §. 12. Inst. de rer. divis.* ex prescriptione Principum venationem deduceret. Omisso recti tramite, in simpulo fluctus moveare voluit. Existimavit enim Principes ab initio venationem pro-

## CIRCA PRÆVENTIONEM.

9

prohibuisse, sed subditos non contradixisse, atque hoc modo ius quasi possessionis eosdem adquisivisse, quod accedente temporis lapsu præscriperint. Sed magnopere ipsum decipi, ex occupatione per universitatem, a quovis Principe sub initium suscepiti imperii facta, luculenter evinci potest. *vid. infr. §. 9.* Præventio igitur, non præscriptio est, quæ ius venandi Principum ostendit. Deinde minus recte presupponit, quod Principes ius aliquod subditis quæsitum, interveniente horum negligentia, ademerint; cum tamen ius naturaliter acquirendum, sicut anteverterint ac impeditrint. Quemadmodum vero Princeps per legem v. g. usuacionis in subditis dominium adquisitum extingue potest: ita multo magis potest impedire dominii acquirendum, cum facilius impediatur ius quærendum, quam adimatur iam quæsitum. Fatemur quoque, libertatem naturalem fuisse privatis hominibus, ut feras occupare potuerint; at in statu naturali, eiusq; æmulo statu populari. Mutata utriusq; status facie, ac lege civili superveniente illa libertas, iustas ob causas sublata est: imagine cuiusdam venationis liberæ in certis locis adhuc incautos fallente. Hugo Grotius *de J. b. & p. L. II. cap. II. §. 5. & cap. III. §. 5. & cap. VIII. §. 5.* In primis, quia ius natura venationem liberam non præcepit, sed pro certo rerum statu ac sub conditione permisit, donec summa Principum potestas de illa aliud statueret ac disponeret, tunc legi lata, in se iusta præventio, melius confirmata est. D. Weizenerger *de Venation. cap. III. n. 20. seqq.* Unde licet cum Mantzio ponamus, a præscriptione repetendum esse ius Principum circa venationem: nihilominus intentione sua Ingolstadiensis ICtus excidet: cum præscriptio Principum prohibitionem ex postfacto tueatur, de quo iam disceptatio non est, sed potius præventionem ac primam Principum prohibitionem licitam esse, demonstravimus. Ex dictis sequitur superfluam quoque esse D. Hanii distinctionem inter venationem, quam exercent Principes in locis publicis, &

B

quæ

## DE JURE PRÆVENTIONIS

que ab iis exercetur in agris privatorum, ita, ut illa ad Principes iure superioritatis pertineat; hec iure immemorialis prescriptionis usurpetur. D. Hanius *ad Wesenbec.*  
*de o. r. d. n. 7.* Nam occupatio per universitatem dudum  
 hanc distinctionem abolevit, ferasque inter res publicas re-  
 degit, ut ne amplius illa locorum differentia opus esset.

## S. VII.

Iacto sic fundamento atque vindicato, cui licita præ-  
 ventio Principum circa venationem innititur, eidem per iuri-  
 sis Romani receptionem ipsis tacite renunciatione ac rursum  
 subditis suis concessisse non videntur. Quod dubium  
 D. Schöpfer in *Disputat. de iure Principis cir-*  
*ca adespota cap. II. n. 7 seqq.* sibi de Principibus Ger-  
 maniae obiecit, additaque limitatione, nisi iure suo et-  
 am post ius civile receptum ipsi constanter us fuerint, vita-  
 re ac solvere conatur. Verum ab eo, ut dissentiamus hac in  
 parte, multæ suppetunt cause. Princípio enim ius Roma-  
 num in subdium receptum est, adeoque eis, quæ ordinarii  
 ac patrii, nec tam privati, quam publici iuris fuerunt, nego-  
 tiis derogare non potuit. Hinc venationes, inter Germanos,  
 dominio silvarum & ferarum ad universitatem ob anti-  
 quis temporibus pertinente, quamprimum illis Principes  
 impetrare ceperunt, uti ad hos iure præventionis pervene-  
 runt vid. § 5. ita sub regalium numero comprehensæ, post  
 iuris Romani receptionem illibatae remanserunt. De quibus  
 adcurate multa tradidit D. Schilte in *Exerc. D. XLV. §. 4.*  
 eaque in parte merito sequendus est. Præ ceteris vero probe  
 animadvertisendum est, receptionem iuris Romani propterea  
 tacitam renunciationem iuris venandi in se non continuisse:  
 quia etenim facta esse censetur, quatenus statui tam publi-  
 co, quam privato Germanorum convenit. Atque hoc ten-  
 dit egregia illa legum Romanarum comparatio, quam cum  
 Germanorum moribus ac institutis sedulo instituit Illustris  
 DN. Thomasius in *Usu Inst. & Digest. hodierno passim*, item  
 que

## CIRCA VENATIONEM.

II

que paulo copiosius in nuperrime habita dissertatione *de rite formando statu controversie, an LL. iuris Justiniane sit frequens, an exiguis usus practicus in foris Germanie.* Porro in aprico est, Principes non legibus a se latis tantum sed & ultro a se receptis, solutos esse. Ideo plane supervacaneum est, dubium reddere Principum ius præventionis circa venationem ex sola iuris Romani receptione. Ex dictis tandem liquet, D. Schöpferum limitatione sua carere potuisse. Cum nemo privatorum, nedum Princeps ius suum temere iactare, eique renunciare præsumatur, quamdiu alia voluntatis conjectura superest. Ab arbitrio quidem Principum dependet nunc ius venandi, sed cui & quantu de hocce iure suo permittere, & quas leges, sub certa pena observandas illis, quibus pro liberalitate sua id concedunt, ponere velint, ex regulis prudentiae petendum est conf. D. Zigler de Jur. Majst. Lib. II. cap. XIV. §. 27. Qyare non iuvat, privatum esse in possessione iuris venandi, nisi eius titulum edere queat. Ad quem edendum eo magis compellitur, quia præventio ac præsumtio pro Principe militant.

## S. VIII.

Ceterum iure hoc præventionis minus obstante, subditis ius salvum remansit, ut arcerent feras a fatis ac frugibus depascendis. Alia enim est præventio ad capiendas feras, alia est ad avertendum damnum, seu abigendas feras: Prior in *preced.* §. 5. Principibus vindicata; Posterior subditis reliqua est. Siquidem cuivis licet sua defendere contra quemcumque privatum, unde a potiori inferendum est, contra feras, quas utiq; subditi alere cum suo damno non tenentur, ceu pluribus demonstrat Sebastianus Medices *Tr. de Venat. Pr. I. qu. 19.* Neque private solum, sed & publicæ utilitati adversum est, feras nimium sovere, ut inde damnum in agriculturam redundet, ita ut scrofa cum suis natis, qui vel maxime frugibus nocent, integrum agrum nociva proboscide sua fodiant, alieque bestie legetes depascant. Arbit-

B 2

tre-

## DE JURE PRÆVENTIONIS

trentur potius Principes, egregium esse prosperitatis suæ gradum, suis non damnosum esse : nec videantur suorum subditorum fortunas adfligere, pro quorum compendio laborare debent, Conf. Kolb. *Tr. de Venat. Concl.* 35. Qua intentione iuris venatorii conditores diserte permiserunt subdit:s suis, a frugibus feras abigere. Ita Saxo Legislator in der Chur-Sächsischen Jagt- und Forst-Ordnung art. VII. inf. adducta a Fritschio in Pr. III. Corp. iur. Venat. p. 10. dispusoit: Wir haben den Leuten, so innerhalb und an unser Wildbahn gesessen, gnädiglich nachgelassen, daß sie mit kleinen Hunden, die nicht Jagt-Hunde seyn, NB. das Wildprät abscheuen, und thun euch darzu gnädiglich erbieten, welcher hierüber von dem Wildprät beschädiget, und auch solches anzeigen und bestheinen wird, daß Wir uns gegen denselbigen gnädiglich erzeigen wollen. Vicissim agricola, permisu hoc utentes, sedulo sibi caveant, ne preventione sua venatoribus frivole noxii sint. In primis vero bombardas in venatoria silva non displostant, nec agros suos hortosque palis nimium acutis circumcingant, neque feram inibi deprehensam interiman, aut canibus suis in silvis sine appenso fuste libere errare permittant. Kolb. loc. cit. Quam limitationem suppeditat die Österreichische Jagt- und Forst-Ordnung cap. 13. apud Fritschium l.c. p. 79. itemque die Württembergische Jagt- und Forst-Ordnung Tit. Von dem Forst-Hütern und ihren Heyden, apud eundem l.c. p. 170 & 171. Ubi specialis etiam casus habetur, de fera occasione huius abstionis perempta, daß, wenn sich ein Wildprät in einen Zaunstecken sprenge, oder in andere Wege niedergeleget, und beschädiget würde, die Frucht-Hüter solch Wildprät ohne Verzug dem nächst gesessenen Wald-Vogt, Forstmeister oder Knecht ausantworten oder anzeigen, und dabey mit Wahrheit verständigen wie solches zugangen sey. Postquam enim lege publica Principes reddiderunt suos suos incapaces dominii circa feram captam, uti supra §. 5. traditum est, inde ius retentionis, aut præventionis, hoc casu exercere

## CIRCA VENATIONEM.

13

cere nequeunt, sed ipsorum captura habetur pro apprehensione Principum propria. Manente tamen obligatione in Principibus ad cœienda vel resarcienda damna subditis, si quæ passi sunt ex omisso venatione, & hinc fecuta ferarum multiplicatione. Hanc Moralista secundum hypothesis suam tantopere exaggerant ac urgent, ut prius absolvi non intenションum dominos die Jagt-Herrn, nisi de damno provideant resarciendo, & averruncando eo, quod fera aliorum prædiis ac fructibus inferunt. Ludovicus Molina Tom. I. de J. & J. Disp. 47. Lesius L. 2. de J. & J. c. V. d. 7. At benignior illis esse videtur Haunoldus de J. & J. in Tr. J. c. I. controv. 3. n. 79. restringitque, nisi subditi ex pacto tenantur huiusmodi damna sustinere, forte quod prædia vicina hac conditione comparaverint, aut neglexerint media, quibus se potuerint ex inductu Principis indemnes servare. Sicut autem hæc restrictio illum Moralistarum rigorem temperat; ita subtilitates istæ negligendæ sunt, quas circa reparationem ad damni a feris dati competentia colligit Georgius Mohr de Venat. P. I. cap. IV. n. 21. eiusque vestigia premens Thomas Merckelbach ad Klockii Vol. I. Conf. XXX. n. 24. his verbis commentatus est: Nicht weniger weiß mann sich auf denen Rechten zu erinnern, daß diesfalls der Wildbans-Herr, da er das dominium über das Wild hat, wegen erlittenen Schadens und zu dessen estimation entweder utili L. Aquilia, oder de pastu pecoris actione, oder auch ex Edicto D. si quadr. pauper feciss. dic. mit Recht vorgenommen und eingefasset werden kan. Verum hæc actiones aut movendæ sunt contra Dominum venationis mediatum e. g. nobilem, aut immediatum e. g. Principem imperii: illuc simplex querela atque imploratio regiminis sufficit pro domini restituzione, cestante in foris nostris solemni formularum usu, quam tales actiones presupponent; hic, communione iuris civilis Princeps non tenente, omnium minime adplicari possunt: concessa tamen subditis facultate, ut in supremis imperii

B 3

iudi-

54 DE JURE PRÆVENTIONIS

iudicis, denegata huc usque, aut protracta iustitia, eiusdem  
damni refusionem depositant. Certum itaque est damnum  
incuria dominorum per feras datum, ab illis plene resarci-  
endum, modus tantum id petendi moribus seculi & regulis  
prudentiae dirigendus est, ius quidem subditis non deficit, sed  
exsecutio eius per quam difficilis esse videtur. Vid. Grot. Lib.  
II. de J. b. & p. XIV. S. 6. Sub hac cautione adiicimus ea quæ  
iustissime hanc in rei scriptis DN. de Seckendorff in Teut-  
schen Fürsten-Staat P. III. c. III. reg. 5. §. 1. Nur das hingegen  
die Obrigkeit und Jagt-Besigete denen schädlichen Raub-Thie-  
ren auch abzuholzen, und im Nothfall NB. sich und die Seinigen  
dafür zu schlüzen, niemand wehren, und ander Wildpriet nicht in  
solcher Menge begeln, das dadurch der Feld-Bau verdorben werde,  
NB. nachdem sie auch nach Billigkeit solchen veranlasten Schaden  
zu ersezzen gehalten seyn.

S. IX.

Reintos nunc illis circumstantiis, quas ius præventionis  
circa venationem ambiguum reddiderunt, ad casus ipsos  
progrediemur. Quorum decisionem quedam difficultas,  
ex differentia iuris Romani & Germanici orta, sufflaminare  
videtur, quæ brevibus etiam expedienda est. Iure enim  
Romano, ac florente adhuc statu populari, ius venandi pri-  
vatis convenisse cum ex §. 12. J. de R. D. cum ex p. ced. §. 7.  
adparet, idque perperam iuri gentium l. c. Tribonianus ad-  
scripsit, cuius vestigia præter commentatores maxime secu-  
tus D. Mohr in Tr. de Venat. P. I. c. II. n. 41. seq. sed singulis re-  
sponderi potest ex Hug. Grotii L. II. de J. b. & p. c. VIII. §. 1.  
quod ius civile, inter varias gentes distributum, cum eo con-  
fundant, quod proprie dictum est ius gentium. Romano i-  
gitur iure præventionem circa venationem nimis usitatam  
fuisse, acquisitiones feræ in alieno fundo captæ, etiam si do-  
mino prohibente, clare testantur iuxta cit. §. 12. J. de R. D.  
L. 3. §. 1. D. de A. R. D. Cum enim iure hoc fera nullius sit,  
eamdem cuivis occupanti cedere, expeditum est. Sed mura-  
cum

## CIRCA VENATIONEM.

15

tum hactenus est Ius Romanorum. vid §. 5. & 7. ut proinde ad eius dispositionem in arduo hoc arguento provocare minus turum sit. Accedente insuper eo, quod ne publicis quidem personis apud Germanos, rametii iure venandi instructis, alterius silvas fundosque publicos ingredi permitatur, nisi ius sequelæ venatoriaæ ibidem consuetudine receptum esse, ab eis doceatur. De qua tamen paullo post §. 18. dicemus.

## §. X.

Iure vero Germanorum, sublata illa libertate naturali circa feras capienda, & Principibus, ab eisque privilegio instructis, adserto iure venandi, feræ non amplius sunt res nullius, sed publicæ. vid. Antonius Seydensticker in Tr. de Ferib. ferar. §. 6. & 7. Adeo, ut in venatorio districtu, si que circumvagantur, licet sigillatim nondum sint captæ, in dominio tamen eius existant, qui iure venandi ibi potitur. Id quod rationibus tueri, æque ac legibus Germanorum propriis valimus. Equidem illis ita demonstramus ferarum dominium, quod ex occupatione per universitatem facta, iuxta §. 5. & 6. qua res immobiles publica utilitate tunc exigente, Principes sibi adquisiverunt, simul his accedentes res mobiles, sibi adquisiverint. Quare specialis illa feræ capture Principibus primum haut confert dominium, uti sentit Ill. Dr. Berger in Resolut. ad Comp. Lauterbach. Digest. p. 701, falsa nitens hypothese, quod Principes ius suum habeant a populo, ac proinde nec aliter eo uti possint, quam olim privati, in venatione occupati. Sed si dicendum, quod res est. Principes illud ius habent potius ex occupatione territorii, in eoque districtu, qui feram comprehendit, & ibi ius habent eamdem capendi, non ut domini fiant, sed ut ea uti possint, quoties indigerint. Hinc, quod Vir illustris inferit, ex adductis circumstantiis non sequitur. Scilicet ius vetus saltum muratum esse ratione personæ, non ratione modi adquirendi. Feræ enim in banno ferino, iuxta ac in locis privatorum, degentes in

Prin-

## DE JURE PRÆVENTIONIS.

Principum dominium pervenerunt occupato solo, atque ita mediante occupatione per universitatem in eo manent, donec solum mutaverint, adeoque in adquirendi modo utique mutatio quedam accidit. Gratis ergo vir summus dixit, *Principem ius habere a populo, cui ius venandi naturaliter competat.* Quantopere hoc f. l. st. differuimus cit. §. 7. ibique ostensum ac evictum est, ius occupandi, a subditis non esse translatum in imperantes, sed illi potius ab his, id consequi debent. Deinde leges Germanorum sententiam nostram comprobant, ut enim prætereamus, quæ in capitularibus Regum Francicorum de ferarum dominio Carolus M. præcepit Lib. IV. capitul. cap. 42. neque Constitutionem Conradi Salici, quam Goldastus exhibuit *Constit. Imper. Tom. III. p. 312.* attingamus, ius Alemannicum cap. CCXXXVII. §. 7. a Schiltero hac in parte laudatum in *Exercit. ad D. XLV. §. 10.* tanquam omnium clarissimum nobis adlegavisse sufficerit: Wenn es zu Recht des ist, daß da der Wildpan ist. Ain jeglich Wild ist eines Mannes mit recht, dieweil es in seiner Gewalt ist, kumt es aber auß seinen Wildpan, so ist es nicht sein. Unde adparet, feras nondum captas esse Principum, non impediente infinita illa circumvagandi libertate, quæ illis competit, utpote quæ perpetuum, non momentaneum dominium excludit. Vid. Illustr. DN. Thomæsius in *Inst. iurisprud. Div. lib. II. cap. X. § 147. & 148.* Quamvis etiam modo dicta ferarum libertas speciale ac privatum dominium reddat ambiguum; non tamen easdem, quæ in territorio Principum inveniuntur, a generali ac publico eorum dominio subducit, uti bene distinguit D. Bechmann in *Uf. Pract. Dig. de A. R. D. u. 32.*, quia omne, quod est in territorio Principum, ad ipsos pertinet. Idcirco non adversatur sententia nostræ ius Saxonum L. R. lib. II. art. 61. quod trium tantum nemorum, banno ferino munitorum, facit mentionem his verbis: Dis sind dren Bansförest: der eine ist die Heyde zu Rovne, der ander ist der Harz, der dritte die Maget-Heyde oder Prettinische. Quibus

## CIRCA VENATIONEM.

17

bus indicantur ex peritorum venatorum mente, quæ loca præ ceteris ad venationem sunt idonea, da die besti Wildföhren sind, wo das Wild seinen Stand hat: ut propterea tamen Principibus non denegetur ius venandi ferarumque dominium in locis vulgaribus, que stilo venatorum appellantur die gemeine Wildföhren-Plätze, da weder Wildnissen, rechte haupt-Hölzer, Beranoch Thal, sondern allein Hecken, und der mehrere Theil Bau-Güter sind. Neque dissensuros iuvabunt ea, quæ sequuntur: wer hierinnen Wild fährt, der soll wetten des Rünnich's Bann, das sind sechzig Schilling. Credimus enim ab initio negiectam fuisse a Principibus in locis vulgaribus venationem, vel ob raritatem ferarum, ibi commorantium, vel ob iuris, sibi etiam in illis, quæstis ignorantiam. Detecto post errore atque intellecto ad eadem loca ius venandi extendisse Principes, nulli dubitamus, cum amplitudinem istius iuris melius perspexerunt. Cuius rei conjectura nobis esse poterit, exigua admodum mulcta, quam feripetis, bannum ferium violentibus, dictaverunt.

## S. XI.

Non igitur sola prohibitione feræ subiiciuntur dominio prohibentis, sed ex prævenientis occupatione iuxta §. 5. Etsi ex Hug. Grot. Lib. II. de J. b. & p. c. VIII. § 5. & Pufendorf. de J. N. & G. Lib. IV. cap. VI. § 4. seqq. hæc nobis opponi queat. Verum uterque Iuris naturalis interpres præstruxit falsas hypotheses: quarum una, ius occupandi dominio postponendum, uti Grotius l. c. §. 1. cum tamen ad eius acquirendi titulos pertineat; altera rem definere communem esse per solam prohibitionem: quæ licet in quibusdam procedat e. g. in acquisitione servitutis negativæ; nihilominus in pluribus fallit, alioquin melior esset prohibentis, quam possidentis conditio. Neque sententiam nostram premit incommodum, quod ex L. 3. §. 14. D. de A. vel A. P. petierunt, ubi Iulius Paulus inferre videtur: *ut, si quis silvam emerit, videatur is omnes feras possidere.* Quominus enim hoc

C

hoc stringat, iurium, a dissentientibus admissa, confusio impedit. *vid. §. 9.* Hinc, dominio illo ferarum publico ac momentaneo a nobis defenso, non est, sed adparet absurdum e- asdem redigi adhuc in dominium per specialem occupatio- nem, scilicet intelligitur speciale ac perpetuum. Et Paulo Iurisconsulto opponimus *Salvium Julianum in L. 26. D. de u- sur.* qui venationem fructibus accenset, sed fructus sunt par- tes fundi, teste Gaio in *L. 44. D. de R. V.* adeoque fundi pos- sessoribus debentur. Manente interim discrimine inter res se moventes, uti sunt feræ, & inter aliorum auxilio mo- tas. Id quod eo sensu capiendum est, ut domi- nium rerum se moventium sine speciali adprehen- sione sit tantum momentaneum, quod saepius dictum, & tamdiu duret, donec semetipsas, uti feræ solent, ex- tra occupatum solum non moveant. Si vero accidat, ut sine facto humano alio se conferant, abiectione redendi, dominoque non persequeant, tunc dominium illud definit, eoque facto aliarum rerum immobilia accessiones habent, ac instar pertinentiarum se habent. *Illustr. DN. Thomasius in Inst. Iurispr. div. Lib. II. cap. X. §. 151.* Qualis ergo do- minii, talis etiam possessionis ratio est, si reliqua circum- stantiae consentiant. Atque harum intuitu non obest, quod Grotius *I. c. §. 6.* dixerit *possessionis initium esse corporis ad corpus adianctionem*, cum procedat in speciali illa occupa- tione, de qua paullo ante egimus, hoc efficiente, ut feræ non amplius tamquam res accessoriaræ, sed ut principales ac separa- tæ se habeant, non momentaneo, at perpetuo dominio sub- iectæ, ad liberiorem usum adiplicantur. Hac, non alia men- te, amplectenda est *Ulrici Huberi sententia in Prælect. ad Dig. de A. R. D. §. 7.* exflimantis, ius venandi habentes, intercede- dente quodam ministerio singularum non capiendarum, sed captarum ferarum dominos fieri, nempe dominio perpetuo ac speciali.

## §. XII.

*Ex quibus proclive est ad intelligendum, nos ad ius  
præ-*

## CIRCA VENATIONEM.

19

præventionis reculisse nec oppressivam vid. §. 3. in f. nec a-renariam §. 4. inf. sed saltuosam venationem, eamque non tam ex Romanorum iuxta §. 9. quam potius Germanorum iure declarauisse §. 10. Minus vero attendemus in præsenti negotio illam distinctionem, quam rei venatoria præfeci, uti testis est D. Heigius in P. I. Q. illust. 15. non sine insigni utilitate invenerunt, ut aliam venationem superiorem me-diam aliam, atque inferiorem statuerent. Non tamen dis-mulabimus præventionis huius in libera, quam in restricta venatione usum esse multo frequenterem. Neque in sim-plici solum, sed & in simultanea vénatione idem ius quæ-remus. Cui precariam magis subiiciemus, quam propriam & hereditariam venationem, et si præventionem in illa occur-rem, non protinus pro revocatione eius venditabimus. Conf. D. Petrus Müller in Disp. de Venatione precaria cap. V. §. 6. & cap. VI. §. 1. ubi venationem precariam cumulati-ve concessam esse, latius evincitur. Deinde sepius dictam præventionem a locis vulgaribus extendemus ad non vul-garia, de quibus actum est lupa §. 10. iure sequelæ venatoriaæ etiam ad aliena loca. Ubiq; vero ad capiendum, non ad abigen-dum destinatur per ea, quæ disserimus §. 8. Ad feras enim proficuas, non perinde ad noxias prohibito illa promiscuæ venationis referenda est, quæ in §. 5. expressa est cum publice inter sit omnium, feras noxias perimere, eisque régiones pur-gare L. un. C. de venat. ferar. lib. XI. 2. F. 27. S. 5. D. Mohr de Venat. P. I. cap. VIII. n. 22. D. Petrus Müllerus in Disp. de Persecutione luporum §. VI. Hinc Germani dixerunt: Es ha-ben Otter und Biber keine Häge. Immo multis in locis tales feras interficientes præmio afficiuntur, præsertim venatores. Sic enim legimus in Edict. Henrici Iuli Ducis Brunovicensis d. a. 1590, daß ein Forstdiener vor einen erlegten Wolff oder Luchs nach Zurück gebung der Zähne, Leber, Gurgel und Balges einen Thaler, it. vor einem Geyer 3. gute Groschen empfangen soll. Nisi consue-tudine quorundam locoru aliud introductum esse doceatur.

C 2

Sic

Sic ursos venationi maiori accensitos esse ostendit B. Fritschius in *Corp. iur. Venat.* P. I. p. 48. m. 76. nec luporum per vestigatio ubique libera remanist. D. Mehlbaum *Tr. de l'ure Venand.* §. 21. Quamvis & ibi locorum talem feram in sui defensione prævenire liceat. D. Thomæ de Nox. *Animal. c. XXVI. n. 18.* Denique iuri præventionis nihil officit, sive a Principe iure proprio, sive a vasallo alioque ex privilegio, aut immemoriali præscriptione, venatio suscipiatur, atque hæc rursus sive cum, sive sine prædio in feudum data sit. Ius enim habendi ea in parte nihil derogat iuri utendi.

## §. XII.

Repetitis itaque omnibus circumstantiis, quæ ad ius præventionis circa venationem caute adhibendum pertinuerunt, nunc casus considerabimus, qui usum hanc exiguum in foro habere videntur. Quorum primus sit de Principe, non generali modo, de quo uberiorius in §. 8. 9. & 10. actum est, sed speciali quadam ratione subdites suos, venandi privilegio ornatos, præveniente. Sic in tempore venire, omnium primum in ipsa etiam venatione putatur. Hinc Principi prævenire licet illud tempus, quo aliis persequi feras prohibuit. Videlicet dupli casu accidit hæc Principis præventio : uno, ut tempus illud venatoribus lege sua præscriptum non observet; altero, quoties octiduum ante diem Bartholomæi in finibus vasallorum suorum venationem instituit, quæ proprio curie stilo die Vor-Jagt dicitur, daß er etwa 8. Tage vor Bartholomæi die Gränz-Jagt exerciri en mag. Ad prioris casus decisionem maxime spectat, tempus adnotavisse, quo legum conditores feris iverunt prospectum. Idque est primo tempus congressus, daß das Wildpreß und gethierig sich paaret, und vermehret, vid. die Magdeb. Forst-Ordnung inforia cap. IX. der Policy-Ordnung Seç. XI. §. 14. In Corpore iuris venatori Fritsch, P. III. Mand. El. Sax. V. verb an Vermehrung desselben mercklichen Schaden und Abgang zu verursachen: die Thür-Bairische Jagt- und Forst-Ord-

## CIRCA VENATIONEM.

21

Ordnung cap. III. XXI. & XXII. it. die Fürstl. Sächs. Gothaische Jagt-Ordnung in eaque comprehensum das Jagt- und Weide-Werck-Mandat, ibique alia plura, quæ adscribere nec lubet, nec vacat. Ratio vero prohibitionis est in promtu, ne depopulatio fiat ferarum atque oblectamenta hæc regia in ludibria in ein blossem Fehlsagen convertantur. Deinde tempus gravitatis observandum est, ne spem partus venatores cum gravida perimant. vid. die Magdeb. Jagt- und Forst-Ordnung l. c. §. 9. 11. & 14. Hinc leges venatoriae dierre prohibent von Lichtmessien oder dem Anfang des Monats Februarii bis an den Bartholomäi Tag oder an dem Monat Septembris mit Jagen allerdings einzuhalten sey. Conf. des Fürstl. Braunschweig. Mandat, welches zu Verhütung des jungen Wild-Verderbens Mens. August. 1638. promulgatur fuit, quod extat in *Corpore Iur. venat p. 140.* Immo post partum apris minoribus denen Frischlingen parcere solent, providentia venatorum id urgente, daß die Zeng und Neß nicht zu enge, damit die Frischlinge durchziehen können. Qui enim arte sua perfecti sunt venatores, ex vestigiis bestiarum atatem, pondus, graviditatem, speciem, domicilium & alias feræ circumstantias divinant & cognoscunt, ut ea in parte ipsorum consilii merito nitendum sit. Deniq; tempus illud non negligendum est, quo fruges etiam nunc in agris existunt, ne Principes cum subditorū suorum damno conficiant venationem ideoque illis parcendum esse optime definiverunt. Quolibet hoc temporis discrimine attento, factum est, ut cervos a festo Iohannis Baptiste ad diem Aegidii deprehendere, cervam a divi Martini feriis ad natalia Christi captare, & a die Galli ad Thomæ apres figere, capreos usque ad festum Pascatos venari, illæsa tamen caprea liceat, naturalis, Politica & oeconomica ratio suadeant. Sic aeris clementia respondente, wann ein neu salt, & minutu nix terram obtagit, lepores indagare permittitur ex voto, venatoribus, eorumque vestigia, gesetz, insequi. Quibus rationibus atque circum-

C 3

stan-

## DE JURE PRÆVENTIONIS

stantis permotus Potentissimus Rex Borussiae, Dominus noster longe indulgentissimus, ut ne venatorum illud Edictum solum de a. 1713.d. 11. Martii promulgatū pristino suo vigori restitueret, sed & pro admiranda sapientia sua novum hoc anno, quo singula hæc a nobis excutiuntur, d. 8. Apr. conderet, cuius tenorem perlegisse neminem poenitebit: So viel die Zeit anbetrifft, soll denen vorigen Edicten, sündlich von i. iter Martii 1711, überall aufs genaueste nachgelebet, und diesemnach niemanden Unserer zur Jagt berechtigten Vasallen und Untertanen, zwischen den 1sten Martii und den 24sten Augusti, Thiere Borcken, Sauen und Haasen, noch einig Feder-Wildpriet (ausser Gänse, Endten, und Schneypen, welche nur die Brüht-Zeit über, und also von 1sten April bis aufgangs Julii zu schonen) zu schiessen, zu hezen, oder auf andere Art zu fahen, erlaubet seyn soll. Recognitum vero calendarium, aliquam induxit mutationem, uti videre licet e Mandato Potent. Regis Poloniarum & Electoris Saxonici d. 20. Sept. 1702. emiso, daß der Anfang mit der hohen Jagd auf den sechsten Sonntag nach Trinitatis, und mit der Mittel- und Nieder-Jagd bis auf Egidii angestanden werden soll, und bis auf den Sonntag Invocavit prolongaret werde. Quod pluribus recensuit Ill. Dn. Berger in *Oeconomia iur. L. II. Tit.* II. §. 8. n. 7. Et si igitur Principes, legibus suis solutos, ea, quæ de tempore indicavimus, non constringant; nihilominus id intelligendum esse de casu, putamus, quo infundis suis venantur. Alias enim manifestum est, in subditorum fundis, uti §. 8. dictum, venationem sine eorum damno suscipi non posse. Unde prudentissimi Principum, adversa tempestate frugum collectionem impediante, ultra diem Bartholomei tempus, venationibus destinatum, prorogate soliti sunt. Neque decet Principes, si in ceteris quoque temporum spatiis maiorem auctoritatem suo exemplo, & promtiorem inter subditos obedientiam conciliare velint. Id ipsum est, quod mirifice commendat B. DN. Skendorff, vir in his rebus versatissimus, *Pr. 3. Teutschen Fürsten-Staats cap. III. §. 6.* Daß der Landes-

## CIRCA VENATIONEM.

13

Landes-Herr selbst die Jagd-Zeit, außer sondern vorfallenden Ursachen zu halten pflege. Exceptionem salutis suppeditante ipsa necessitate, si quis pro familia sua feris indiquerit, quo casu preventio in venando permititur, daß ein Gras-, Hirsch-, Galds-Wild oder Kalb geschossen werde. Conf. Seb. Medices de Venat. P. I. § XI. n. 3. Sebastianus Kraisser de Jur. Venand. p. III. n. 6. Sed ad posterioris casus evolutionem paucis nunc redeundum, & illud advertendū est. Quod illa præventio, quæ sora in confinibus reperta præoccupatur, mera nititur consuetudine, quam docere ac probare debet, qui ea in tempore illo utitur. Neque vi istius domino directo solum competit, sed & vasallis eius, modo caveant, ne per abusum extenderatur. Vid. D. Kraisser l.c. n. 5. Io. Coler in Oecon. lib. XIV. c. 38. in pr. Cuius coercendi gratia specialis etiam pena dictatur transgressoribus in der Fürstl. Schwarzburgischen Rudelsstädtischen Jagt-Mandat, quod refert Fritschius in Corp. Iur. venat. p. 104. his verbis: So sich aber jemand in der Zeit auch des letzten Tages vor Bartholomai einiges Weidewerk zu treiben untersehen, und darüber besichtiger würde, der soll seiner Hunde und Garn verlustiget seyn, und von dem Tage seiner Verbrechung an, in 5 Jahren, die nachst folgende, ganz und gar, auch in seinem eigenen Gerichten und Weichbilden, ob er der hätte, kein Weidewerk zu treiben sich untersangen. Digna haec pena damni est, quæ ab omnibus legum venatoriarum conditoribus recipiatur.

## §. XIV.

Alter casus, quo Princeps non in finibus, uti dictum §. preced. sed in ipsis fundis vasallorum suorum, vi dominii directi, ius præveniendi circa Venationem pretendit, paulo difficultior est, Ddrum diffensu hanc decidendi difficultatem pariente. Quorum alii affirmant, alii negant hoc ius Principi convenire, quibus accedunt, qui distinctione inter-

ter concessione m venationis cumulativam & privativam li-  
tem componere conantur. Sed quod singulorum pace ad-  
serere liceat eos parum attendisse, quod tota quæstio sit non  
tam iuris, quam voluntatis. De voluntate enim Principis  
agitur, quid & quantum in vasallum suum transferre volue-  
rit. Cum ergo illam tabulæ privilegiorum satis aperiant,  
distinguuentium Dd. turba ad eam inspectionem ablegen-  
da est. Deinde magis consuetudine, quam ratiocinatione  
utendum erit, in decisione huius iuris præveniendi, quæ ta-  
men particularis, non universalis esse in imperio nostro de-  
prehenditur. Id quod ad firmantibus Ictis in memoriam revo-  
candum est, uti de Comitibus olim, iam Principibus Schwartz-  
burgicis testatur B. Fritsch. in *Tr. de iure conven.* m. 2. § 2. iun-  
to Pr. 3. *Iur. Forst* : *conf.* 28. Wehner *Obs. Pr. voc. Forst-*  
*Recht.* Cöppen *Decis.* XV. n. 15. Ut proinde in multis locis fal-  
lat regulatibi viget Landfassatus, ibi ius prævenandi, aut con-  
venandi, Princeps habet in vasallorum fundis. Præterea non  
disputatur de Principis præventione circa venationem,  
quam vel recreandi animi causa, vel hospitalitatis gratia, in  
vasallorum prædis desiderat, quorum nullus adeo erit inhuma-  
nus, quin ulro ipsi hanc concedat. vid. Br. de Rhetz in  
*Comment. ad Iur. Feudal.* lib. I. Tit: II. §. I. n. 12, *inf.* Weiz-  
zenegger *de Venato cap.* V. §. 12. cum pro Princeps militet  
præsumtio, quod eiusmodi præventionem in damnum V. d' alli  
non conversurus sit, et alias notum est, talem humanitatem  
vix vicino denegari. D. Schöpfer *de Venation. superior.*  
*cap.* III. n. 16. Verum sermo nobis est, non de actu humani-  
tatis, sed de actu iuris. Quamvis igitur ratione prioris cau-  
tionem illam Vasallis commendemus, quam Hugo Grotius  
in negotio non plane diffimili suppeditat *Lib. I. de I. b. et p.*  
*cap.* III. §. XXI. *inf.* videndum esse, hac cum fiunt, ne pati-  
entia in ius transeat; nihilominus ratione posterioris actus  
argumenta utriusque partis sub examen vocabimus, ut penes  
quam partem stet veritas, iudicium a lectore scripsi.  
§. XV.

## §. XV.

Quibus probe inter se collatis, negantium Dd. sententiae accedimus, rationibus his permoti. Principio expediti iuris est, vasallum a domino directo in utili dominio, & fructibus rei in feudum datæ, impediri non posse. Quis enim nescit, a proprietario in percipienda utilitate usufructuarium haut impediendum esse L. 15. §. 6. *D. de Usufr.* Sed vasallus non tam iure usufructuarii, quam hoc multum pleniora, scilicet dominio utili, pollet. 2. F. 2. Ideo vi huius dominii, ut omnes rei fructus ac proventus vasallo cedunt, ita præveniendi atque excludendi ius habet circa venationem, pari modo a domino sibi concessum. Rosenthal in *synop. de Feud. cap. VIII. cl. 2.* Schultes ad *Modestin. Pistor. P. i. e. 15.* Deinde etiam exacte ponderetur, regalia in feudum semper privative concedi, quod ad quietum vasalli usum attinet, remanente saltim dominio directo penes Principem concedentem, inde sequitur, ut Princeps ius præveniendi circa venationem, sub regalibus ubique comprehensum, in fundis vasallorum, exercere nequeat, Br. de Rhetz in *Comment. ad ius Feud. Lib. I. Tit. II. n. II.* Illustr. Berger in *P. 2. supplent. ad Elec. discept. forens. in fin. & in Oecon. iur. Lib. II. Tit. II. §. VII. n. 3.* Stryckius in *Exam. iur. Feud. cap. IX. qv. 29.* Schrader *P. III. de Feud. cap. IV. n. 49. seqq.* Rosenthal *I. c. cap. II. cl. 15. n. 2.* Denique ad ius hoc præveniendi non conductit Principi, quando venationem vasillus contra ipsum prescripsit. Quod enim prescribitur, privative adquiri, diserte tradit Pontifex Innocentius III. in *cap. 15. X. de Prescript. verbis: adiudicantes pleno iure subieglas.* Et quamvis bene intelligamus, prescriptionem contra Principem non currere, Hugo Grotius *L. 2. de J. b. & p. cap. IV. §. XII. n. 1.* utpote legibus civilibus solutum, quibus prescriptio nititur, ac poenam negligentia in se continere, supra quam Princeps positus est; nihilominus, quæ moventur dubia, de ordinaria tantum prescriptione procedunt,

D

nec

nec nobis, de extraordinaria sollicitis, opponi possunt. Nam immemorialis præscriptio privilegii instar est, tacitamque Principis concessionem in se includit, iureque gentium passim recepta, ut Patrona generis humani, teste Caffiodoro *Lib. V. Var. c. 37.* ad lites, quæ immortales futurae essent, ita sopiaendas. Hugo Grotius *L. II. de J. b. & p. Cap. IV. §. VII.* Hinc præscriptio illa, quantum ad feude, eisque adnexa regalia spectat, investitura æquiparatur *z. F. 33.* Hermannus Vulteius de *Feud. cap. IX. n. 15.* B. Zieglerus de *Iur. Maj. Lib. II. cap. XIV. §. 45.* ac præsum tam investituram arguit, ius venandi solitarium conservantem. Iacto hoc fundamento, nec ad odium præscriptionis, cum Scipione Gentili de *Venat. cl. 8* nec ad ius retorsionis, quod requirit B. D. Titius *Jur. Priv. Rom. Germ. Lib. II. cap. IX. §. 41.* configendum erit, ut Principis ius præveniendi tali casu adstruatur. Quorum illud falsa hypothesis invexit, odia esse semper restringenda, quam Illustr. DN. Thomasius dudum explosit. In *Append.* ad *Lib. II. Inst. Iurispr. divin.* hoc in concessis privilegiis, quibus præscriptio immemorialis annumeratur plane cessat, secundum tradita a B. D. Samuel Stryckio in *Disp. de Retorsione iuris cap. II n. 50.* Atque a rei venatoria peritis acceperimus, Principes a vañalis suis ius prævenandi non poscere, de quibus constat, eos ius venandi per præscriptionem immemorialem adquisuisse.

## §. XVI.

Neque tanti ponderis esse videntur, quæ ab adfirmantium Dd. parte opponuntur. Quorum præcipuum est, concessionem regalium magis cumulativam, quam privativam censeri, ut proinde Princeps iure suo præveniendi circa venationem se non abdicaverit, sed illud, natura negotii requiri ente, potius reservaverit. In primis quod princeps aliquid de rebus atque iuribus suis concedendo, id salvo iure suo concessisse putetur. Neuenhan. de *iur. venandi cl. 104.* Schrader de *Feud. p. X scđ, s. n. 174.* Cum privatus, alteri  
iu-

iuris sui usum in re sua indulgendo, semetipsum excepisse  
præsumatur per L. 6. C. de servit. & aqu. Verum ad hæc fa-  
cile respondetur, in dubio privativam, quam cumulativam ut  
regalium, ita venationis præsumi concessionem, recta rati-  
one hanc interpretationem inferente, ne vasallus in usu  
iuris quæsti unquam turbetur. Ecquis enim adeo hospes  
est reservationum, ut ignoret, si quis sibi reservare aliquid ve-  
lit, id ipsum clare exprimere debeat, e. g. Doch behalten wir  
uns hevor die Roppelz oder Vor-Jagd. Sin minus hoc fecerit,  
expectare, ut contra eum, qui clarius loqui & debuisselet,  
& potuisset, interpretatio sufficiatur L. 30. D. de pacz. Ne-  
que clausula illa, salvo iure, quam in regalium materia lau-  
dat commendatque recentior quidam Iurisconfuleus, non  
defendit ius præveniendi, aut convenandi Principis. Nam  
intelligitur de salvo iure aut directi, aut utilis domini: illo  
sensu est extra controversiam adducta; hoc, petit id, quod in  
principio est. Quod autem ad comparationem illam Prin-  
cipis cum privato pertinet, partim ex dictis refellitur de ex-  
primenda iuris sui reservatione, partim male ius venandi in  
eoque præveniendi cum servitutibus permisceat: uti Fran-  
ciscus Zoanettus de Venation. German. n. 51. seq. fecit. I-  
deoque illud ius non illustrat, sed obscurat. Licet etiam po-  
namus, quod tamen non concedimus, Principem habere ius  
prævenandi in vasallorum fundis; nihilominus id non iure  
servitutis, sed ex alio capite, de quo in §. 14. dictum, exercere  
solet. Neque ius præveniendi circa venationem, quod  
per totum territorium Principibus supra vindicavimus §. 5.  
seq. eo modo rursus destruitur. Tamdiu enim illud ius præ-  
veniendi Principibus illibatum atque integrum convenit,  
quamdiu concessione sive expressa, e. g. per investituram, si-  
ve tacita, e. g. per præscriptionem immemorialem, eodem  
se non abdicaverunt. Istius vero concessionis femel factæ  
in tanta vis est, ut Princeps, tamquam Dominus directus, in  
utili dominio cum vasallo suo, quod ad usum regalium maxi-

## DE JURE PRÆVENTIONIS.

me attinet, concurrere aut præcurrere nequeat. Ad rem præsentem quoque hautquaquam pertinet die Vor-Jagd, qua Principi in fundo vasallitico tributa est, §. 13. Cum indubitati iuris sit inter omnes, quod in confinio existit, id ad utrumque confinem locum communiter referri. Unde ius præveniendi non Principi solum, sed & convasallo circa venationem competere, experientia quotidiana satis confirmatur.

§. XVII.

Sic ergo perspicuis rationibus evicimus, Principem, si vasallo indulxit venationem perpetuam atque hereditariam, nec iure prævenandi, nec convenandi amplius gaudere, cum feudi iure concessa regalia in dubio privative concessa esse præsumantur, Carpzov. P. I. const. 27. d. II. per tot. nisi expressa quedam reservatio doceatur. Atque his nunc decisis ad tertium casum nos convertimus, quo Princeps minister vel vasallo suo in certo districto, temporariam, personalem seu precariam venationem permisit, quam cumulatively indultam esse nonnulli censem, ne indulgenti ius prævenandi aut convenandi denegetur. Weizzenegger *Tr. de Venat.* cap. V. §. 22. Verum ius illud urgentes, dupli sensu id applicari posse, animaduertunt. Uno, ut venatio precaria, ad certum usque tempus a Principe precario concessa, etiam ante eius lapsum revocari queat per L. 12. in pr. D. de prec. Befoldus in *Theſi Pr. voc. jagen, vers. venari. prec.* D. Petr. Müllerus *de venat. Precaria,* cap. II. §. VI. Formulam dabit B. Fritschius in *Tr. de Venat. Precariis* §. VII. Quam præventionem iure Romano expeditam esse, putamus. At æquitate naturali & moribus gentium refragantibus, secundum quos pactum istud adiectum turpe non est, ac propterea in Principium concessionibus omnino subsistere & preventionem excludere videtur. Hinc, iuxta stilum curiae si negotium tractandum esset, tali casu roganti intra conventum tempus dabitur exceptio pacti de non revocando. Brunnemann *ad L. 12. D. cit. tit.* Neque officit nobis, quod illud pactum sit substan-

## CIRCA PRÆVENTIONEM.

29

stantiae negotii adversum. Nam accidit hoc non propter prohibitionem legis natura, aut iuris cuiusdam publici, quibus Principum quoque actiones diriguntur ac constringuntur, sed propter transmutationem negotii e. g. precarii, in aliam formam, ut precarium esse desinat, fiatque commodatum erg, L. 5. §. 2. D. *Commodar.* Evidem non ignoramus, precarium ad certum tempus constitui posse iure Romano per L. 4. §. f. L. 5. 6. pr. L. 8. §. pen. D. *de prec.* Sed illæ leges magis rogantem respiciunt, qui nec ultra id tempus, si quod forte praestituatur, illa re uti debeat; non æque concedentem, quo minus is, iure Romano permittente, illico rem concessam repetere, & quandocunque libuerit, L. Br. *de Lyncker in Tr. de Beneplacit. cap. V. S. I. n. 4. p. 68.* Non autem disceptamus de obligatione concedentis, quæ non ex iure positivo, sed naturali, idque sequente publico iure dijudicanda erat, *conf. supra §. 12.* Alter sensus est, ut, durante penes preario posidentem venatione, ipsum in exercitio huius preventire Princeps valeat. Cum modus concedendi non privative, sed cumulative initus esse videatur, ut persona concedentis excipiatur, quorsum inclinat Br. *de Rhetz in Comment. ad Jus. Feud. Lib. I. Tit. II. n. 12.* consentientibus quoque litteris reversalibus eorum, qui precarium adquirunt venationem, prout earum formula habetur apud Fritschium l. c. doch in allewege höchstgenanten meinen Gnädigsten Fürsten und Herrn, Seiner Fürstl. Durchl. Fürstl. und anderen Obrigkeitenvad Herrlichkeiten vorbehalten, daran unvorgreiflich und unsachtheilig auch dem Forst und Jägermeistern zu entziehung und Handhabung dieselben unverhinderlich und ohne allen Eintrag. Interim ius præueniendi aut convenandi a Principe sic exercendum erit, ne beneficium corrumpatur, & sub prætextu reservatæ libertatis, damnum quis sentiat quam commodum. Neque sufficit ab initio liberalitatem utilem esse, quæ ex eventu inutiles aut noxia fieri possit. Nam ex Poëta, Martialis mente Lib. VIII. epigr. 71. beneficia stare aut crescere debent.

D 3

30 DE IURE PRÆVENTIONIS  
bent. Scilicet ut beneficium foveatur, nee beneficium sit  
onerofum, quod in præventione circa venationem precari-  
am Principi ad prime cavendum est.

§. XVII.

Succedit quartus casus, quoties duo pluresve conve-  
nationem habentes, unus ex eisdem inscio ac invito altero  
præventionem suscipit. Quam omnino licere tuerit B.D.  
*Titius in Jur. Priv. Rom. Germ. Lib. VIII. cap. XIV. §. 10.*  
dubio procul ex hoc fundamento: Ubi communic, ibi locus  
præventioni. In primis si convenatio sit mutua, cum Sem-  
pronius in Mevii, & hic vicisim in Sempronii agris eam-  
dem exerceat. Qualis modus per quam usitatus est in  
illis locis, ubi agri sunt intermixti, wo vermengete Felder und  
Güter sind. Neque conventum, ut coniunctum, sed ut se-  
paratum quoque instituatur. Negotium enim hoc magis ex  
pacis convenientia, eisque deficientibus, ex speciali cu-  
iusque loci consuetudine, quam ex iure scripto dependet.  
Sic de Thuringorum consuetudine refert B. Fritschius in  
*Tr. de convent. m. IV. §. 9.* Das wenn Bartholomai Tag vor-  
bei, man seinem Nachbar oder der mit zu jagen hat, nicht fragen dürffe, ob Er jagen wolle oder nicht? sondern NB. wer ehe  
Käme, der habe das Vortheil zu jagen, und wenn gleich sein Gränz-  
Nachbar käme, und er hätte nur ein Garn angebunden, so müsse  
der letzte doch weichen. Dilui vero facile possunt, quæ vehe-  
menter dictis nostris opponere videtur Speidelius in *specul.*  
*Notab. voc. Jagd.* Scilicet neminem iure & commodo suo,  
alterius facto, privandum esse. Quod concederemus, nisi  
factum natura negotii locique consuetudo permittat, ne-  
gligentia eius concurrente, qui commodo se privatum esse  
queritur. Cum alias etiam, si cui lucrum speratum, sed non  
debitum decedat, id damni vice reputari non debeat. Hu-  
go Grotius *de J. b. & p. lib. II. cap. II. §. XIII. in f.* Lucrum  
enim alter præcipere potest alteri, maxime si causa subsit Grotius  
*l. c. §. XXIV.* Et parum ad rem facit, quando ius con-  
ve-

## CIRCA VENATIONEM.

31

venandi Mohr de Venat. P. II. cap. VI. n. 17. individuum esse, variis Romanorum legibus probare satagit, ut exinde præventionem removeat. Has, a scopo alienas non adduximus, falsam hypothesin Mohrii redolentes, qua venationem vel servitutem esse, vel minimum cum ea semper comparandam. Reiecta illa est § 9. & 15. nec lubet dicta repetere. Immo si ratio eius procedit, ad easum tantum applicanda erit, quo expresse conventum, daß von beyden oder allen Theilen sambtlich, auf zuvor beschéhene nachbarische Tags. Vergleichung die Kuppel-Jagd geschehe. Non quidem negamus, præventionem hanc in convenientibus posse discordias parere: at vitium id personarum est, cuius avertendi gratia aliquis ac tutius fore arbitramur, si convenatio mutuo consensu exerceatur. Quodsi hunc obtainere non sit in proclivi, tunc dabimus consilium, ut quilibet in certo loco venationem suam perficiat, daß jedweder seinen gewissen Bezirk besuche, und dafelbst jage, dahin man sich de persona ad personam vergleicht, umgegeben der gesamten Jagd-Gerechtigkeit.

§. XLIX.

Quintus casus accedit, si quis in saltu suo feram vel vulneravit, vel minimum excitavit, hac aufugiente, atque in vicini silvam se recipiente, tunc dubium ius præventionis redditur circa istius feræ venationem. Id quod etiam satis liquet, si attendamus varia sententiarum divertia, in quæ Dd. scissi fuerunt. Quorum aliqui hoc in casu capienti solum feram tribuunt, quam decisionem Ictus Gaius adhibuit, L. 5. § 1. D. de A.R. D. Harmenopulus consensu suo probavit, Lib. II. tit. I. Μὴ ἐτεωσε γαρ τὸν τρώοντα γειθα δεπόντων τῷ θηρίῳ, εὶ μὴ τέττα θεάζεται, non aliter dominus feræ sit, qui vulneraverit, nisi & ceperit. Eamdemque Imperator Justinianus in §. 13. de R. D. confirmavit, & praxi convenientiorem esse ceteris, testium nube obducta, sibi aliisque persuadere conatur Fridericus Pruckmann in Tr. de Ve-

*Venat. cap. VI. n. 17. seqq.* Nonnulli Trebatii Testæ icti opinionem amplexi, quam in cit. L. 8. §. 1. D. de A. R. D. ius præventionis adplicant vulneranti. Et, si dicendum quod res est, proxime omnium ad iura moresque Germanorum respxisse nobis videntur, quos supra in medium protulimus §. 10. Quam plurimis arridet, Sebastiani Medices legere vestigia, qui in Tr. de Venat. P. II. qv. 18. putat, servandam esse consuetudinem, qua dimidia vulneranti, residua pars capienti destinatur. Ne quis vero arguere possit, eius sententiam legibus non consentire, hanc limitatione temperat l. c. Nisi vulnus adeo esset lethale, ut nihil accidere possit, quin capiatur fera a vulnerante, idque fuerit legitime probatum. Aliud temperamentum ex Langobardorum iure, adfert Hugo Grotius in Lib. II. de J. b. & p. c. VIII. §. 3. innot. quod feram ab alio vulneratam occidens, aut repetens, auferat armum cum septem costis, in reliqua, is qui vulneravit, ius habet, sed non nisi infra XXIV. horas exercendum. At harum sententiarum nulla, quantopere etiam ab autoribus suis commendetur, a nobis consensum impetravit. Non prima, quia aufugientem feram mansisse in libertate naturali præsupponit, quam de statu naturali & Romanorum illo populari §. 9. concessimus; negavimus tamen de statu civili eo que monarchico Germanorum, legibus & moribus instructi, vid. §. 10. Neque secunda, quia longa manu a venatore vulnerante censetur occupata esse fera. Sed an ficta hæc adquisitio unquam ad modos adquirendi originarios relata fuerit, adhuc sub iudice lis est. Minime omnium tercia se nobis probare potuit, que, remanente modo dicta difficultate, distinctionem illam inter vulnus lethale & non lethale maiore subtilitate, quam utilitate ab Anatomicorum foro ad venatorum artem deduxit, receptione eius nondum liquido ostensa. Rectius ergo ac solidius ius præveniendi circa venationem stabiliuisse videntur, qui a continua illa ferarum sive ex-

excitatarum sive vulneratarum persecutione id repetierunt.  
Legibus enim æque ac moribus Germanorum licet venatori,  
qui excitavit, aut vulneravit feram, extra silvam ac fundum  
proprium eam persequi, ita, ut, quamdiu feram persequi-  
tur, non licet aliis conatum eius prævenire, ac eamdem  
feram insectari. Sic nominatim Iure Saxonico persecutio  
feræ conceditur, modo siue inflatu corniculi venatorii,  
& incitatione canum das Sachs. Land-Recht Lib. II. art 61.  
Zagt ein Mann außerhalb des Forstes, und folgen Ihm die Hun-  
de in den Forst, er mag wohl nachfolgen, also, daß Er nicht blaß,  
noch die Hunde nachheze, und mißthut daran nicht, ob er das  
Wild gleich in dem Forst schlägt, seinen Hunden mag Er auch wohl  
wieder rufen. In hoc textu ad singularem quandam adverti-  
mus circumstantiam, quod nulla facta vulnerationis mentio-  
ne ius sequelæ venatoriæ, die Jagt-Folge permittatur. conf.  
Illust. Berger in *Dissert. de iur. venan. feras Pos. 25.* Ut vero  
litibus ansa præscindatur consuetudine Germanorum, item  
que ordinationibus venatorii & pacis inter vicinos con-  
ventum receptumque est, ne modus solum præscriptus fer-  
vetur, sed tempus etiam legitimum teneatur in illo iure se-  
quelæ. Hinc inter venatores & saltuarios usū venit hoc ca-  
su, ut licet feram, bombarda, sphæra, seu venabulo vul-  
neratam aut verberatam, fugientem, welche schweißset, extra  
proprium Domini venaticum saltum, aut silvam viginti qua-  
tuor horis, uno ursu, non intermisso, persequi, nachheilen  
und nachsezen, & sic in alieno saltu & silva ius præventionis  
impune exercere feramque capere: ita tamen ut venator  
in ipso persecutionis principio, signum aliquod, puta pile-  
um, in rei testimonium deponat. B. de Seckendorf in Teut-  
schen Fürsten-Staat P. III. c. 3. reg. V. n. 6. Wehner Obs.  
Prag. voc. Forst-Recht. p. 16. Neque nos ab hac decisio-  
ne dimovet Ordinat. Provincial. Saxon. d.a. 1555. Tit. Dass  
Keiner auf des andern Grund und Boden jagen soll, §. So wollen  
E wir.

## DE JURE PRÆVENTIONIS

wir. verbis: auf seinem und seiner Leute Eigenthum bleiben, und eines andern Glüter damit nicht berühren soll, &c. *Quibus Iuri Saxonicō antiquo volunt derogatum esse, quod eatenus largimur, quatenus Principes Germania vasallis suis, quibus ius venandi vel concessionē quæsitum est, persecutionem in silvas suas & foresta prohibent, salvo tamen inter ipsos Principes hoc iure sequelæ. Et ponamus etiam de convallisorum iure præventionis & sequelæ Saxonum Legislatori esse sermonem; nihilominus hunc rursus accipendum de illis, qui consuetudinem eius rei receptam probare nequeunt, aut ad Electoratum Saxonicum restrainingendum.* Quam ob causam in *Ord. Polit. Duc. Magd. c. IX. fœd. XI. §. 8.* bene dispositum est: *Dass wo die Jagd-Folge hergebracht ist, solche nach der Observantz und Forstmässig exercitet werde.* Ut fileamus, constitutione ista aversum esse periculum irrepentis abusus, quoties aliqui ex iure præventionis ac sequelæ ius quoque vendandi inferre adnisi fuerunt, quod in *Sachsen Landau contra Pfalz*, ostendit Thomas Michael apud Klockium *Vol. I. Conf. 29. n. 545.* Alias de Gallia testatur Renatus Choppinus de *LL. Andegav. Lib. I. c. 32. n. 5* modo laudatum ius persequendi feras in alieno nemore ibi obtinere pariter viginti quatuor horarum spatio. De Italia testis est Sebastianus Medices, Florentinus Ictus in *Tr. cit. C. XVII. inf.* Parum igitur caute D. Io. Schneidewin in *Comment. ad §. 12. f. de R. D. adseruit, ius sequelæ in plerisque locis abolitum esse.*

§. XX

His ita expeditis minime officiunt, quæ vulgo contra ius sequelæ, aut ius præventionis circa venationem in aliena silva peractam adducuntur. Videlicet prævenientem ex delicto suo non debere commodum reportare, feram adquirendo per L. 12. § 1. D. de furt. Sed eum, qui domino invito ingreditur eius silvam ac fundum, hoc ipso delinquere, cum iniuria dominum adficiat L. 16. D. de S. R. P. Fatemur, hæc ius que-

quelæ, eique innixam præventionem minus evertere. Etenim iure permittente fit sequela, uti demonstravimus *præced. S. 19.*, adeoque ingressus in alterius fundum nequit iniuria esse. Cum is, qui publico iure utitur, non videatur iniuria facienda causa hoc facere per *L. 13. S. 1. D. de iniur.* Ac proinde commodum præveniens venator, in alieno fundo capiendo feram, lucrum non reportat ex delicto, sed ex actu permisso ac licito. Ut ergo perdat operæ pretium *D. Glette*, qui in *P. I. Select. quest. 6. n. 6.* distinguit, venatorem non proxime & directe, sed remote & indirecte ex delicto reportare commodum: proxime capture feræ intercedente; remote ingressu fundi probito præcedente. Quæ distinctio præterquam quod negotium in se perspicuum ac iustum tricis involvit, ubi ius sequelæ receptum est, petit id, quod in principio est. Etsi negare nolumus, in Iure Romano occurrere casus, quibus indirecte ex delicto lucrum captatur, uti in emitore posteriore, qui in dominio rei tradite priorem excludit, *L. 15. C. de R. V. & L. 7. S. 16. D. de Publ. in rem act. nihilominus a nostra decisione alieni esse putantur.* Deinde hac ratione ius præveniendi impetunt, quod initium actus sit vicio contaminatum, quia ingressus fundi alieni prohibetur, ideo persecutionem feræ ibi institutam eiusque capturam excusari a vicio non posse: multominus prodesse persequenti ad acquirendum istius feræ dominium. Nondum vero oblii sumus eorum, quæ de dominio ferarum & differuimus & a dissentientium turba vindicavimus *S. 10. & S. 11.* Dum ergo persequens suum petit, nihil admittit, quod ei vicio sit verendum. Prohibitio quoque privata hoc in casu nocere vix potest, Lege, aut consuetudine, illud vitium, quod circa initium ingressus nimis exaggeratur, penitus removente. Taceo, actum ingressonis ab actu capiendo feram separandum esse. Sed ulterius instant, fructus in alieno fundo colligentem invito Domino, non facere suos, sed surto potius teneri

E 2

L. 12

*L. 12. §. 5. D. de usuf.* Iam vero fructibus accenseri venationem per *L. 26. D. de usuf.* Unde qui feram persequendo in alieno fundo capit, suam facere nequit. Si in præsenti negamus venationes esse fructus fundi venatoriai, quod perquam egregie deduxit B. Consil. Heroldus in *Observas. Forens. XIV.* n. 52. 53. 109. natura rei consentiente, secundum quam proprie fructus sunt, qui ex ipso fundi corpore nascuntur *L. 9. & 59. §. 1. D. de usuf.* dubitatio omnis sublata erit. Neque in citata *L. 26.* Julianus aliter sentit, addens negationi sua quæ paullo ante nostra etiam fuit, hanc limitationem, nisi fructus fundi ex venatione constet. Quæ in sensu Iuris Romanii intellecta ad litem nostram haut spectat iuxta §. 9. quo venationes privatorum dispositioni & arbitrio in statu populari subiectæ ad usufructum relate fuerunt per *L. 62. D. de usuf.* alia utilitate usufructuario ex fundo non occurrente. Verum de hoc plura inferius proponentur §. 26. Interim ponamus, feras inter fructus referri; hoc ipso tamen ius persequendi non tollitur, sed conservatur, quia fructus erunt non eius loci, in quo fit persecutio, sed unde cepit.

## §. XXI.

Ex illo, quem summo studio atque labore §. 18. enucleavimus, casu sextus promanat, de præudente feram in silva, quæ tamen, citra persecutionem suam, oculis subducta, in vicinum saltum se recepit, ubi ab huius possidente capta est, tunc lite inter utrumque coorta, feram non præudenti, sed prævenienti atque præoccupanti adiudicandam esse existimamus. Nam solo visu & affectu possesso in rebus, quæ apprehendi & loco semetiphas mouere possunt, regulariter non adquiritur per §. 5. *J. de interdit.* *L. 3. §. 1. & L. 8. D. de A. vel A. P. sed, possessione quoad adquisitionem in factio verstante, animi & corporis actum simul illa requirit. Petrus Fiderus in *Tr. de Possess. cap. XI. n. 11.* Neque possidendi animus usquam præsumitur, nisi adprehensione, vel ipsi æquivalente signo, declaretur. Unde si quis feram præuiderit, alter præ-*

VOL.

venerit in captura, in primis accidente loci proprii circumstantia, utique præcipienti relinquenda est. Quamvis excipiatur casus, quo venator, qui prior vidit, aut excitavit, feram alteri, qui postea præripuit, antequam hanc adoriretur, in falso suo demonstravit, manumque capturæ, aut sequæ, admouit, merito erit præferendus, secundum dictum cit. §. 18. & 19. Con. B. D. Strykius in *Tr. de Jur. Sensuum Disp. I. c. III. n. 34.* Neque prævidentem sine discrimine iuvant, quæ supra commemoravimus de dominio ferarum adhuc in falso existentium, nec dum captarum §. 10. utpote quæ de generali, publico, & momentaneo domino protulimus, cum hoc in casu de speciali, priuato, eoque perpetuo agamus, ad quod intervertendum loci mutatio non parum conducit. Hinc porro nobis aduersæ esse non possunt, quæ de oculis vulgo traduntur, quod eis possessionem adprehendere liceat, nec propterea alius actus corporalis necessarius sit. per L. I. § 21. & L. 18. §. 2. D. de A. vel A. P. Primo notandum est, fictionem longæ manus, æque ac similis a iure civili introductas esse. Naturali vero iure, quod ius venatorium maxime sequitur, eiusmodi fictiones ignoramus, corporalem adprehensionem exigente. Ut igitur feræ adquiruntur, non prævisio, sed præventionis requiritur, actu quodam corporali ad finem suum perducta. Deinde ambiguum adhuc est inter ipsos Iuris civilis Doctores, an adquisitio longæ manu facta ad originarios acquirendi modos pertineat, vid. § 18. Tandem ius Civile illarum rerum causa, quæ propter magnitudinem ponderis sui moveri non possunt, fictionem hanc longa manus, aliave adprehensioni convenientia adminicula introduxit, uti ex cit. L. I. §. 21. D. de A. vel A. P. liquet. Verum isthæc ratio in feris cessat, earumque capture. Quare non prævisionem sufficere, sed præventionem corporalem a venatore requiri, constanter adseveramus. Cum corporis ad corpus adiunctio initium sit possessionis Hug. Grotius de F. B. P. L. II. cap. VIII. §. 6.

Septimus nunc incidit casus de fera ex silva circumsepta aufugiente, & a vicino præveniente capta, ad cuius resti-tutionem illum adigi posse cum Hugone Grotio in Lib. II. de J. B. & P. cap. II X. § 2. & Pufendorfio in Lib. IV. de J. N. & G. cap. VI. § XI. tuebimur. Quis enim ignorat, ad occupatio-nem requiri, cum facultatem naturalem rem tenendi, in qua con-sistit possessionis natura, tum animum sibi habendi: Quemadmodum hic per se manifestus est; ita etiam illa fa-cultas ex laboriosa silvæ circumseptione satis colligitur. Maxime si feræ hoc modo inclusæ sint, ut exinde abire vix possint. L. 55. D. de A. R. D. Silvis enim circumseptis non mi-nus, quam vivariis feræ coërcentur: illic laxiore, hic angu-stiore custodia saltim differentiam quandam inducent. Adeo, ut ad Grotii II. cc. nostramque mentem, alibi in differ-entiatione hac expressam, tales feræ sicut possideri; ita in do-minio esse intelligentur. Frustra I Cto Nerua obloquente in L. 3. §. 14. D. de A. vel. A. P. cuius decisionem, et si de silva cir-cumsepta, ex qua elabendī via adhuc supereft, minimum agere videatur, Germaniæ nostræ leges ac mores dudum cor-rexerunt ac in potestate suam redegerunt. Tanti quoque non facimus, quod iuris Romani hypothetibus innutriti Do-stores nobis exprobante discrimen, scilicet quod aliud sit, feram capere, aliud sepem statuere, quo facilius capi queat. Præterquam enim quod illud evidenter facti convicti non repudiamus, sed ipsi admisimus in § 12. Nihilominus & hoc nobis largientur, sepimentum silvæ modo laudatam occupa-tionem per universitatem & generalem illam Principis præventionem, de qua §. 5. seqq. pluribus actum, valde confirma-re, ac singulis palam ostendere, cui iure præventionis circa ve-nationem feræ debeat. Accedit, quod non modo ad capi-endarum ferarum specialem adprehensionem hæc inclu-sio proprius destinata sit, sed paullo clarius etiam evincat, soli fe-

sepienti ius in feris inclusis *huc usque quæsitum esse*, ut reliquos omnes venatores ab illorum captura & arcere, & ab ipsis captas sibi vindicare posit. Cum, quod ad effectum hunc attinet, quisque sepientium silvam pro domino habendus sit. Neque libertas naturalis, quam de feris inclusis tantopere iactat cum aliis Doctoribus Frantzkius ad §. 10. *J. de R. D. n. 2.* sententiae nostræ impedimento erit, præfertim si demus, existum eiusmodi feris ubique præclusum esse, ut ex illa ius quoddam præventionis circa venationem vicino sibi fin gere quidem, non tamen sperare liceat, spe eventum ludente.

## §. XXIII.

Valde anceps casus octavus ex dictis nostris decendens hic sequitur, quum fera inclusa vivario protinus evadit eius custodiā, in vicinumque saltum se recipit, ibique capitur a præveniente venatore. *Lis ergo subnascitur*, sit ne fera capta priori domino restituenda, an capienti ex iure præventionis relinqua. Sane refert nostra, cum Hugo Grotio in *Lib. II. de J. B. & P. c. VIII. §. 3.* ponderasse has circumstantias. Fera capta num signo quodam distincta fuerit, an eodem desituta. Si hoc, probabilis admodum est coniectura, pro derelicta illam feram haberi, cum internosci, quod nostra fuerit, ab aliis haut ægre valeat. Jus vero nostrum interit, si amplius ad exercitium nequit perduci. Non refragante Hugo Grotio *de J. b. & p. Lib. II. cap. IV. §. V.* qui derelictum illud censet, cuius recuperandi ipsa plane de collat. Quæ tamen eo caſu amplissima superest, quo feræ addita sunt *yngloriaria* sive crepundia, eisquic cerui aliæve feræ facile inter se discerni possint. Neque enim alio fine eiusmodi signa ad penſa fuerunt feræ, quam ut ab aliis occupata & cognita priori domino sit reddenda, utpote qui hoc modo dominium suum retinere unice intendit. Deinde in aprico est, dominium non expirare amissâ possessione naturali, uti liquet de re furto, aut vi ablata, sed animum derelinquendi

ne-

cessario requiri ad illud emittendum. Iam vero hunc elidit γνώσιμα, feræ adpensum, unde pristinam possessionem probare potest dominus vivarii, adeoque feram a preventiente captam sibi iure vindicabit. Quæ cum ita se habeant, non puto, quemquam futurum esse, qui nos in tuenda hac sententia reprehendere ausit. Dubia enim, quæ viri & animi prudentia, & variæ eruditio[n]is laude conspicui profert contra laudatam Grotii opinionem, etiam refelli possunt. Sic B. D. Zieglerus in *Comment. ad cit. loc. Grot.* autumat, ut per amissionem libertatis feræ fiunt nostræ; ita per recuperationem libertatis nostras esse desinere. Sed presupponit vir prudentissimus, dominij semper cum possessione coniunctum esse. Id certe est, quod paullo ante ex principiis iuris naturæ negavimus. Fingit insuper magis, quam probat, illam libertatis naturalis recuperationem in nostro casu. Huic enim maximo est impedimento sepius dictum γνώσιμa, feræ adnexum. Unde differentia a ceteris feris conservatur, & adminiculum iuris sui probandi priori domino salvum remanet, quo vanum prævenientis desiderium extinguere potest. Neque tanta est Pufendorfii autoritas *Lib. IV. de J. N. & G. cap. VI. §. 12.* ut eius ductu bonam causam deferamus. Qui existimat signa feræ impressa, domino mansuetæ prodeesse, non vivario detentæ, quæ nativam feritatem nondum exuit. Nam extra dubitationem nostram positum est hoc exemplum, cum in eo feræ dominium ex consuetudine revertendi aestimetur ac retineatur. Ecquis autem nescit, in feris cicuratis ius venandi, nedum ius nostrum præveniendi circa venationem penitus cessare. Talis fera erat Ascanii cervus apud Virgilium VII. Æn. qui, canente Poëta,

- Manum patiens, mensaque adsuetus herili,  
Errabat silvis, rursusque ad limina nota,  
Ipse demum fera quamvis se nocte ferebat

De

## CIRCA VENATIONEM.

41

De qua fera, si revertendi consuetudinem obiciat, occupantum ac prævenientium fieri, non repugnamus quamdiu alia voluntatis coniecta non adparet. Conf. D. Wagenseillii *Disp. de Venat.* §. IX. Et γνώστρα adpositum fuit non reservandi dominii causa, sed ut pristinæ mansuetationis reficeret memoriam. Quod tamen ad feras exoticas nolumus extensum, verum si quæ illarum e prioris domini custodia dilapsæ fuerint, eidem restituendas, nec iure præventionis auferendas esse. Non hanc solum ob causam, quia facultas probandi priorem possessionem utique suscipit, etiamsi exoticæ istæ feræ in saltu quodam vagentur, prout illic cum sui similibus confundi nequeunt, sed ob adcuratiorem quoque rationem, quam Illustr. D. Thomasius notauit ad D. Strauchii *Exercit.* VI. §. 28. quia usi fori eiusmodi feræ pro mansuetis habentur. Conf. Eiusdem *Differt. de Iure Colorum cap. III* § 39. Videamus autem porro ea, quæ Excell. D. Gribnerus nostræ sententiae obicit in *Differt. de eo, quod justum est circa feras e custodia dilapsas cap. VI. §. VIII.* Primum putat, rationem Grotii supraadlegatam petere principium. Sed iurum consultissimus Vir, me hon. monitore, probenovit Grotium argumento uti, quod a contrario sensu eruimus. Scilicet, si fera sine adposito signo aut gnorismate e vivario elapsa propter difficillimam fui investigationem, ac supervenientem cum aliis confusionem, nequit a pristino Domino repeti: inde ex adverso sequitur, ut fera ex eodem loco dilapsa, sed gnorismate ac signo instructa, uti proximus investigari ac discerni potest, ita exulante iure præventionis, oneri restitutionis obnoxia sit. Signum enim illud non ostendit tantum feram aliquando fuisse captam, sed & eam aliter capi non posse, quam salvo iure eius, qui γνώστρα imposuit, sibi que contra prævenientem dominium reservavit. Neque enim talis fera γνώστρα notata, æque ac alia, in libertate naturali vagari deprehenditur, illo signo undique dominum

F

feræ

feræ elapsæ evocante. Fera natura neutiquam sufficit, ceteroquin ne feræ quidem in silva circumsepta ad sepientem pertinerent, ceu demonstravimus §. præced. 22, quia & ipsæ feram naturam retainent: quam hic sepes; illic signum mitigat eiusque usum impedit, aut minimum suspendit. Leges Romanæ, ad quas tantopere provocat Vir excellentissimus, nos neutiquam feriunt, cum ex principiis iuris nature, Germanarumque gentium legibus præcipuas præventionis venatorizæ lites dirimere, animus fuit, Romanorum iure tantum in subsidium excitato vid. §. 9. Hinc D. Schoepferum non moratur, in *Synops. Dig. Lib. XXI. tit. I. n. 9.* p. 620. de millo seu signo restituendo nimis sollicitum, quod cum fera ipso insignita ad occupantem in capture pervenit. Neque enim γνώστη illud in questionem unquam venit, sed utrum fera sic notata, ut ab aliis omnino discerni posst, prævenientis fiat venatoris? Id quod Grotius, cum eoque nosmetipsi constanter negamus, pollicem premente D. Strauchio l.c. Ratio enim penitus cessat, qua diffensus modo citati, Doctoris nititur, quod in priore domino præsumatur animus derelinquendi, uti ex superioribus manifestum est.

## §. XXIV.

Nonus etiam casus nobis adpositæ in mentem venit de fera in laqueum incidente, e quo se extricare nequit: ad quem iure præventionis spectare debeat, num ad ponentem laqueum, an potius ad eximentem? Non adeo arduæ erit indaginis decisio, modo circumstantia loci, ubi laqueus positus fuit, exacte consideretur. Alienus ille, aut proprius a ponente selectus est. Si prior ius præventionis deficit, licet fera laqueo ita se intricaverit, ut effugere nequeat, quia iure Germanorum, quod nostra iudicia circa venationem sequuntur, feræ ad dominum loci seu silvæ, perinde ut aliæ res publicæ referuntur vid. §. 10. Igitur dominus loci habet ius & laqueum tollendi & ita præveniendi circa captam feram Pufendorf-

## CIRCA VENATIONEM.

43

dorsius de *J. N. & G. Lib. IV. cap. VI. §. IX.* Præterea ipsi salva est actio iniuriarum, quas domino intulit hoc invito locum alienum ingrediendo ac laqueum capture causa ponendo per *L. 13. §. ult. D. de iniur.* In fundo proprio si positus est laqueus, aut in loco communis, ubi cuiilibet libera permissa est venatio, de qua *§. 25.* dicemus, ius præveniendi circa talem venationem expediendum erit distinctione. Fera capta enim se tam arte intricavit, ut evadere amplius nequeat, an luctando conandoque adhuc retia eludere possit. Priore casu sine dubio cedit ponenti laqueum per *L. 5. D. de A. R. D.* Posteriore casu, nondum plene capta censetur, donec vis evadendi penitus adimatur, *L. 3. §. 2. D. de A. R. D.* Simili ratione, ut fera, quam canes nostri, nobis non instigantibus, occiderunt, non prius nostra est, quam eam apprehendimus, quod exemplum habet Pufendorfius de *Jur. N. & G. Lib. IV. c. VI. §. X. in fin.* ita & cum fera laqueo innixa, sed remanente fugae & luctæ occasione, comparatum est. Quare nec Ludovici Molinæ de *J. & J. Tr. II. Diff. XLII. n. 5. seqq.* nec Leonhardi Lesslii de *J. & J. c. V. dub. 10.* opinionem, qua feram hanc inter eximentem, & eum, qui posuit laqueum, dividendam statuerunt, aliter recipimus, quam servata differentia inter restrictam & liberam venationem, ut hic, non illuc, admittatur *v. §. 13.* nisi in posteriore casu quoque præventio sive a ponente, sive ab eximente, liquido doceri possit. Fallitur vero Hugo Grotius in *Lib. II. de J. B. & P. c. VIII. §. 4.* cum exigit laqueos & instrumenta debere in nostrapotestate esse. Nam alienis eisque commodatis, aut conductis, rebus ac laqueis captavisse feram, nihil impedit. Hinc venanti adquiritur illa, non laquei aut retium domino, quia actio naturaliter non ineat instrumento, nisi alterius ope concurrente.

## §. XXV.

Ordinis filo nos ducente ad decimum casum transimus, quo ius præveniendi circa venationem proprietario contra

F 2

usu-

## DE JURE PRÆVENTIONIS.

44.

usufructuarium, licet huic usufructus omnium bonorum ab illo sit concessus, merito vindicamus. Rationes autem quibus persuaderemur, ex traditis iurium principiis dependent, exemplisque optimis illustrantur a B. Fritschio in *Corp. Jur. Venat. P. II. Conf. XIX. tot. Principio feras non esse in fructu, probatum dedimus §. 17. 16. 19.* Non repugnante iuris etiam Romani hypothesi, secundum quam ferae non iure soli, sed jure occupationis demum adquiruntur, claro arguento, feras non esse in fructu. Deinde ignota est nemini præventionis illa generalis Principum circa venationem, accedente prohibitione qua privatis illa sub poena severissima admota fuit vid. §. 5. seqq. Præterea inter regalia collocata est venatio, quorum concessio non presumitur, nisi expressis verbis facta esse probetur, quam rationem pro more suo bene enucleavit B. Fritschius l.c. n. 18. seq. Adeo vera haec sunt, ne ius venandi quidem ex generali investitura in subfeudum valide concessum esse intelligatur, penes vasallum iure præveniendi manente adversus subvassalum, quod B. D. Jo. Christophorus Heroldus in *Obs. Forens. XIV.*, præclare defendit. Neque tanti JCTi fundamenta destruant, quæ integra *Diss. de iure venandi ex generali investitura in subfeudum valide concessa, sed defectu subinfeudantis extincto* opposuit D. Loeflerus *ibidem* §. 11. Cum enim generalitatem investiturae sufficere existimat prævenienti subvassallo, procedit in eis, quæ ob singularem affectionem, vel aliam causam non excipiuntur, ut est venatio, adeo chara summis imperantibus aliquaque, ut inter oblectamenta regia a multis saeculis redacta sit. Hinc sola conditio personæ in subvassallo tale negotium neutiquam conficit, ceteroquin dissentienti opus non fuisset, pro iuris questione, substituere eam, quæ facti est l.c. §. 22, sibique probationem reddere multo difficulterem. Scientia quoque & patientia domini, quam coniecturæ loco ad corroborandam opinionem suam adducit, satis monstrant, generalem investitu-

turam subvasallo non profuisse ad ius venandi contra vasalum adquirendum. Ne dicamus, regalium interpretationem stricte esse faciendam. Quibus non obest, ius prævenandi tempore immemoriali præscribi posse in fundo alieno. Verum id esse, fatemur, at non per modum servitutis in terris Germanicæ, sive realis, sive personalis, sive denique iurisdictionalis, quam Uldaricum Zasium hanc ob causam acriter refutans Franciscus Zoanettus in *Tr. de venatione Germanica n. 66.* excogitavit, quia ad venationem privatorum speciali Principis concessionem opus est. Etenim ferae sunt res publicæ per §. 9. ideoque per modum privilegii ius illas capendi adquirendum est: Sed quem præterit, præscriptionem immemorialem esse instar privilegii. Tacemus, regulam, qua omne ius reale in fundo alieno quæsum, esse protinus servitutem, universæ sumtam a nobis hautquam concedi, pignore aliisque rebus eamdem infringentibus. Quamvis porro Georgius Mohr. *Tr. de Venat. P. II. Q. 2. n. 4.* & post eum D. Schilterus in *Exercit. ad Dig. IV. §. XIX.* moneat hunc, qui de iurisdictione inferiore & superiori investitus, etiam ius venandi exercere posse. Nihilominus hæc iura nunquam se mutuo inferre, ut nemo adseruerit; ita nec semper sub se contineri, statuenus, nisi inspecta simul loci consuetudine. Quare llustr. Dn. Bergerus in *Oec. Iur. Lib. II. Tit. II. §. VII. not. IV.* ex iurisdictione tantummodo præsumptionem excitari pro iure venandi, quæ minus sufficiat in iudicio possessorio, ac proinde ad petitorium remittandam fore. Redeuntibus ergo nobis ad casum propositum, arbitramur ius præveniendi tunc usufructuario contra proprietarium convenire posse circa venationem, si fundus cum omnibus iuribus, quæ eum in loco concessio-  
nis comitantur, tradatur, ut venationes ita vel per modum pertinentiarum, loci consuetudine eas admittente, exerce-

antur. Nam loci consuetudo, non negotii natura, quorum illa ut optima legum, ita etiam huius pacti interpres erit, ut alicubi ius præveniendi circa venationem prætendere usufruuntur posit.

## §. XXVI.

Neque tandem silentio prætereunda est venatio libera, quæ undecimum casum nobis suppedare potest. Etenim illa, florente inter Romanos statu populari, actus erat iuris communis *vid. §. 9.* at Germani aliaeve gentes ætate nostra, quæ libera venatione delectantur, ad actus iuris singularis ac privilegii reduxuerunt. In dubio itaque restricta potius quam libera venatio præsumitur. Ita Jacobus Cuiacius opportune scriptus *Lib. IV. O. 2. Mores ubique ius gentium circa venandi facultatem subegisse.* Id quod etiam comprobat formula solemnis, tabulis privilegii inserta, die Freyheit nach Reh und Füchsen zu pürsten, laut Jagd-Briefe. Hinc perdunt opere pretium, qui ex eo, quod alias libertas naturalis præsumitur, non iuris privilegiati, sed communis actum esse venationem, sicuti vigeat, pro viribus suis probare contendunt. Quos convincere possunt, que protulimus *§. 5. & 11.* ut qui territorium universum occupavit, is quoque in iure & facultate venandi prævenerit subditos suos, feris ad res publicas relatis. Principe ergo semper in possessione & exercitio istius iuris existente, subditorum actus pro clandestinis & violentis reputandi sunt, donec privilegium doceatur, uti F. cult. Juridic. Ingofadiansem pronunciavisse apud Nicolaum Everhardum *Vol. I. conf. X. legimus.* Si desiderentur exempla eorum, qui libera venatione fruuntur, non in singulis modo gentibus occurront, ut de Hungariis Thomas Lansius *P. I. Consult. in Orat. pro Hungaria p. 457.* de Svevis D. Stephanus Christoph. Harprecht in *Sciagraphia, ad ubiorem commentarium viam pandente von der Freyhen Pürst-Gerechtigkeit, sed & certis five collegiis, five personis,* ut Salinatoribus nostris, itemque in qui-

quibusdam Academis ad honestam recreationem cultoribus  
artium liberalium, quod de Gieffensi, Tubingeni, Helmstadi-  
ensi aliisque Academis facilissimum esset ostensu, nisi ad finem  
festinaremus. Ne repetamus e superioribus §. 8. & 12. quæ de  
feris noxiis, aut vilioribus, dicta sunt, quippe quas liberæ venati-  
onis multis in locis adhuc subiectas esse, adeoque iuri præ-  
ventionis ansam dare, nemo ignorat. Quocumque autem mo-  
do se habeat libera hæc venatio, cum illa promiscue utan-  
tur omnes, inde sequitur, ut se in ea singuli prevenire possint.  
Maxime si spes adfulgeat, ut ex aliqua circumstantia eviden-  
tia facti deducatur, ad communionem de properare haud li-  
cet. Ne cuncta, quæ in §. 17. distinximus non sine fastidio nau-  
seabundis reposuisse videantur. Alium enim nunc fingemus  
casum, liberae venationi paullo convenientiorem. Si illicet  
quatuor exent venatum, & in ferarum persecutione con-  
currunt. Accidit vero, ut numerus ferarum impar existat nu-  
mero venatorum, & fortuna reluctante vel una saltim capit, ut  
quæ deinceps sive præventioni, sive communioni locum facere  
apta est. Præventioni quidem, si circumstantiae istæ se dede-  
rint, quos §. 20. cum cura expendimus. Communioni vero,  
vel casu, vel consensu, illam inducent; utroque tamen modo providen-  
dum, an velint pro indivisa feram consumere, tunc cessat disceptatio; sin  
minus, venatoria quadam societas obrimente, iura sociorum, quoties eos-  
dem pœnitent communio[n]is, sub examen vocanda sunt. Quæ aut pacto de-  
finiverunt, aut non. Si prius, illud legem debit divisioni; sin posterius, æquis-  
partibus captam feram dividere convenit per L. 29. pr. D. profic. Et sicut  
iuris intellectu qui que partem in re communi, etiam si minima, habere in-  
telligitur p. L. 66. §. 2. D. de legib. 2. ita in rebus minimis socium fallere tur-  
pisimum est, propterea quod auxilium sibi se purus adiunxisse, qui cum al-  
tero rem communicavit, quod pulchre ostendi Cicero in Orat. pro Sext. Rosf.  
Amer. Hanc vero fraudis suspcionem vel usus fortis, vel distractio ferarum ca-  
ptæ avertet. Nam sociis ad prime convenient, communione rei æqualem uni-  
euque illorum potestatem tribuente, ut hac inter se dissimilata, humanita-  
te concordi invicem certent, unusque alteri id concedat, quod industria &  
prudentia eius meretur. Plures superesse casus, fatemur, verum in his,  
maxime controversis, ac brevitate studio impellente, ad-  
quiescendum erat,

FINIS.

NOBILISSIMO atque DOCTISSIMO  
DOMINO RESPONDENTI,  
FAUTORI SUO HONORATISSIMO  
Salutem!

Trahit sua quemque voluptas, adjuvante ingenii nostri varietate. Sic alia sunt  
aulæ, alia schœla oblectamenta. Illic venationes in deliciis habentur; his ar-  
ridens disputationes. Quarum illæ nunquam non ad bella, hec ad ambigua fori ne-  
gotia preparaverunt. Nam in venatione quidam quasi martius ludus, scholaque  
bellorum, reprehenditur. Neque disputationum exercitationes alia mente instituun-  
tur, quam ut fori præludia sint. Venatores, sibi oblatum hostem adorari ac perseguiri,  
invadentem excipere ac sustinere, in tempore addiscunt. Quem vero fugit, certamina  
inter se disputant eopportinere, ut iurium cultores instruant, quo modo dubia  
causæcum fata promite excipere possint. Cum ergo tale argumentum, Iuvenis Politi-  
tissime, opportune elegeris, quod utramque in se continet præparationem. Mi-  
tum non est, si & aula & curia Te mirifice commendare quæsas. Aula enim, quam in  
posterus coles ac frequentabis, regium illud oblectandi genus sibi redditum proprium.  
Ferarum copia hoc sapientia exigente, ut præsentissimum dænum avertatur.  
Curia vero, ad quam pedes Tuos promovebis, Te iubet, non prenare lites, sed per le-  
girmos trahentes, si qua iniquitas in illis occurrit, protinus hanc expellere. Prudenter  
itaque feceris, quoties revocabis in mentem Tuam, quæ causarum Patronus vetuit  
confularis Orator, Cicerio, (a) callentissimus earum indagator: ne sint *aucupes syllabrum*. Quæ vituperatio istis maxime convenit, quibus placuit, artiōre gyro in-  
cludere diligentia sua cursus. Sola iuri scientia contenti, amœna artium reliqua-  
rum studia negligunt atque contemnunt. Hinc accedit, ut altius non provehantur,  
quam, eodem Cicero fatente, (b) *precones actionum*, & *cantores formularum* in  
foris evadant. Aliud Tibi semper animi propositum fuit, quam primum Te in Fried-  
ricianam hanc Academiam conserfes. Philosophiam quoque, a qua initium fieri,  
vera discendi prudentia requirit, probe excoluisti. Neque enim illa iurisprudentia  
sæclici ancillatur, ut vulgi error imperat, sed eadem, cetera communæ ac necessarium  
aliquid fundamentum comitatatur. Bene igitur ages, si quas semel artissimo nexu  
coniunctas artes percepisti, nunc, occasione ita ferente, ad perpetuam vita Tua u-  
sum convertas. Quo pacto id facile consequeris, quod multis arduum videtur. Ne-  
que premia, uti mihi habeo perfusissimum, unquam Tibi deficient. Sed ex veteri  
iuri confularum augurio, dum actiones desinent in foro, in aula Tibi honores  
dispensabuntur. Macte, quæ semel incepisti, fide, prudencia, diligentia, & morum  
integritate. Inde enim spes quam pulcherrima me suscitat, ut probis viris bonum  
civem, ita Optimæ Parente, Te probaturum esse Filium, longe dignissimum. Vale!


(a) Lib. 1, de Oratore p. m. 313. (b) l. c.

TUUS EX ANIMO

D. IO. FRIDEMANN Schneider,  
P. P. O. R. D.







xx.

DISSERTATIO IURIDICA

DE

# IURE PRÆVENTIONIS CIRCA VENATIONEM,

Von

Recht der Vor-Jagd/

Quam

DIVINIS AUSPICIIS

RECTORE MAGNIFICENTISSIMO

SERENISSIMO REGIÆ DOMUS PRINCIPÆ AC DOMINO

D. N. CAROLO,

PRINCIPÆ BORUSSIÆ MARCHIONE BRANDENBURGICO, RELIQUA

IN REGIA ACADEMIA FRIDERICIANA

PRO-RECTORE MAGNIEICO

PRÆSIDE

IO. FRIDEMANN SCHNEIDER,

PHIL. ET IUR. DOCT. LOG. AC PRIM. PHIL. ORD. IURUM EXTRAORD. PROFESSORE

Ad diem 3. Octobr. MDCCXV.

MODESTO DISQUIRENTIUM EXAMINI SUBIICIT

CHRISTIANUS AUGUSTUS HIEPE,

Sangerhausen Thuringus, Advocatus Regiminis Weisenfeldensis Ordinarius;

HALÆ MAGDEBURGICÆ,

Litt. CHRISTIANI HENCKELII, Acad. Typogr.